FROM THE LIBRARY
OF WILLIAM MORRIS
KELMSCOTT HOUSE
HAMMERSMITH

ORKNEYINGA SAGA
SIVE
HISTORIA ORCADENSIUM
A PRIMA ORCADUM PER NORVEGOS
OCCUPATIONE AD EXITUM SECULI DUODECIMI

SAGA
HINS HELGA MAGNUSAR
EYIA JARLS
SIVE
VITA SANCTI MAGNI
INSULARUM COMITIS

Ex Mss. Legati ARNA-MAGNÆANI
CUM
VERSIONE LATINA, VARIETATE LECTIONUM
ET INDICIBUS, CHRONOLOGICO, REALI
ET PHILOLOGICO

EDIDIT
JONAS JONÆUS ISL.

HAFNIÆ,
ANNO MDCCLXXX.
Sumtibus Illustriss. P. FRID. SUHM.

Typis SANDER & SCHRÖDER.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

L. S.

Poſt editas diu *Origines Islandiæ* & *Torfæi* uberiores in *Seriem Regum Daniæ Notas*, novus prodit liber; Qvem, haud aliter ac illos, Heroi togato Dno *P. Fr. de Suhm* literatus debet orbis. Nec parum utilitatis hiſtoriæ præſens opus confert, qvippe qvod remotiſſima *Orcadenſium* geſta per tria, & aliqvid amplius, ſecula pertexit; unicum fere hac in re, qvod nobis ſupereſt fide dignum monumentum, ſed hactenus ineditum &, ob pauca apographorum exemplaria, rariſſime obvium.

Perenne ſeculi ſui decus *Thorm. Torfæus*, dum tractatum de jure Regni Danico Norvegici in *Orcades* indubio ſcripſit, eo qvidem uſus eſt, plurima vero contraxit, dempſit, adjecitqve, qvod vel levi

utriusqve libri collatione, absqve mea monitione, unicuiqve verum eſſe apparebit.

Et Anglia ſcriptorum ad Orcades antiqvas pertinentium, qvi publicam viderint lucem, valde pauper eſt.

Inſulanos qvod attinet, ante tria ſecula conqveſti, ſexcentis ſe, qvibus archiva & bibliothecæ tabeſcunt pereuntqve, modis, domeſtica, eaqve ſatis ampla, monumenta amiſiſſe doluerunt.

Scotia, Orcadum hodie domina, res a majoribus geſtas prælo inondum evulgavit; ſic ſua habere ſibi gaudet, exteris ferme ignota.

Juſtæ hinc eruditorum qverelæ atqve deſiderium melioris olim fontis obtinendi, ortum eſt. Annuit igitur Muſageta noſter, mihiqve injunxit curam præſentis operis edendi. Ut par erat, obſecutus *Orkneyinga Sagam* cæteris præmiſi, etenim res illa, a fixa in Orcadibus per Nordmannos ſede, adſertoqve ſibi earum dominio, ad exitum usqve ſeculi duodecimi, inſulanas narrat. Auctor incertus, incerto æqve tempore ſcripſit. Sed antiqviſſimum opus eſſe, & *Snorrone* prius, vel *Polybius* ille noſter docet, *Orkneyinga Sagam*, in vita *Olai Sancti*, expreſſe in narratorum fidem teſtatus. Et characteres, qvi in bono hiſtorico adeſſe reqviruntur, noſtro neutiqvam defuiſſe *Torfæus* dudum commonſtravit; Talis viri judicium omne habet paucis dictum, qvod dicere poſſum, & hoc ex ejus præmiſſa *Orcadibus* præfatione afferre nobis liceat.

» Auctor egregium gentis ſuæ inſtitutum (ɔ: rerum domi foriſqve
» geſtarum conſignationem) ſecutus, ex vetuſtis carminibus & traditio-

» num

» num memoria, ea, qvæ ſua tempora præceſſerunt, huc congeſſiſſe
» videtur : reliqva ipſum vel vidiſſe, vel ab aliis viſa accepiſſe, tem-
» pus, qvo vixit, *Sverreri*, *Haralldoqve Maddadio*, me conjectore, co-
» ævum, perſvadet. Carmina qvæ ſecutus eſt, qvædam, eaqve antiqvis-
» ſima, Comes *EINAR DE CESPITE* ipſe fecit: Qvædam & lon-
» ge plura, Islandi complures, qvos Comites poſteriores in aulis ſuis,
» more regibus principibusqve recepto, ſuſtentarunt magnoqve in ho-
» nore habuerunt. Primus eorum *ARNOR THORDI* filius erat,
» *Comitum Poëta* ideo appellatus, qvod comitibus *Thorſinno Sigurdi*
» *Craſſi Rögnvalldoqve Bruſii* filiis operam ſuam longo tempore addi-
» xerit, qvorum geſta carmine, magnam partem adhuc ſuperſtite
» celebravit ; De qvo traditur qvod *Thorſinnus* acri prælio cum
» filio fratris ſui *Rögnvalldo* occupatus, eum in terram expoſuerit,
» procul dubio, ut absqve periculi metu, qvæ ab utraqve parte gere-
» rentur, accurate obſervare carmineqve deinceps prodere poſſet, non
» ſecus ac Sanctus *Olafus* in prælio Stiklaſtadenſi poëtas tres Islandos,
» teſtudine ſeptos, ad prælii ordinem ſingulorumqve alacritatem attendere
» juſſit, rhytmisqve in poſterum duraturis committere. Fuit autem
» *ARNOR* poëta celeberrimus, natus in Islandia, filius *Thordi Kol-*
» *beinii*, ejus, cujus controverſiæ, lites, jurgia, mutuæ injuriæ præliaqve cum
» inſigni viro *Biarno Hitdalorum athleta* dicto, fuſe deſcripta ſunt,
» ambo in Islandia nati, ſancto *Olafo* familiares fuerunt. Hic idem
» *ARNOR* ad *Magnum Bonum* Daniæ Norvegiæqve regem profectus,
» cum, præſente etiam patruo Regis, *Haralldo* ſtrenuo, carmine qvo-
» dam laudum ejus præconia publice decantaret, eumqve aliis Regibus
» nimis præferre videretur, monitus eſt ab *Haralldo*, hujus regis lau-
» des ita temperaret, ut alios non vituperaret. Cui tamen *Haralldo* ar-
» tem ſuam adeo commendavit, ut ab eo poſt mortem qvoqve celebrari

 » vellet

" vellet muncreqve confeſtim ornaretur. Id qvod *ARNOR* etiam fide " & elegantia pari præſtitit.

" Alter poëta, cujus in hoc opere fit mentio, fuit *HALLUS* " *THORARINI BREIDMAGII* ſeu obeſi ventris filius, in aulam " Comitis *Rögnvalldi Kalii* receptus. Tertius fuit *EIRICUS* qvidam, " qvi *Sveno Asleifis* filio militabat. Qvartus fuit *BOTOLFUS BEGLA*, " natione Islandus, ſed incola Orcadum factus, qvi ſi in Islandiam " nihil horum transtulit, aliis tamen popularibus ſuis, qvæ expiſcari " poterat, forte impertivit; Ut *HALLDOREM*, *Thorkelis Nu-* " *tricii*, dum Comitem *Einarem* occideret, domeſticum, omittam. " Sed omnibus hiſce certiora, Comitum liberi propinqviqve qvi in " Islandiam migrarunt, de patribus ſuis, majoribus ac propinqvis affere " ſuisqve poſteris tradere poterant. Adderem his *Buium* Islan- " dum, qvem vita illius tum *ATHEUM* tum *CANEM* ab ini- " micis appellatum eſſe, gigantei roboris fuiſſe, patriaqve ob te- " merata Ethnicorum ſacra, a qvibus abhorruerit, *Haralldi Pulchri-* " *comi* tempore profugiſſe, ac deinde in *Einaris de Ceſpite*, Orcadum " Comitis, aula moram nexuiſſe tradit: Diceremqve res Comitis illius " eum latere neqviviſſe, ſed in patriam reduci, (rediiſſe enim traditur) " uberrimam diſſerendi materiam præbere potuiſſe, niſi *Buii* hujus vita " pura fabula eſſet. Adeo ut riſum mereatur *THOMAS DEMP-* " *STERUS*, qvi cum in *ARNGRIMI* Crimogæa lib. II. *Buium* " idola abominatum, fanum qvoddam flammis abſumſiſſe, legiſſet, " Islandorum Apoſtolum, in *MENOLOGIO SCOTICO*, mira qvidvis " ſcribendi licentia, ex eo effinxit. Hæc qvamvis ad auctoritatem Scri- " ptoris noſtri fidemqve adſtruendam abunde ſufficiant; alium tamen

" indu-

» indubitatum veritatis teſtem producam; Conſenſum nimirum illius
» cum externis ſcriptoribus qvi eum numqvam viderunt, nec ille eos.
» Meminit *BUCHANANUS Magni Nudipedis* Norvegiæ Regis & Epi-
» ſcoporum *Cataneſenſium* duorum, qvorum prior ab *Haralldo* comi-
» te Orcadenſium oculis & lingva privatus, alter a ruſticis exuſtus eſt;
» de qvibus lib. I. hujus Cap. XXXVIII & XLVIII. poterint inſpici
» *CHRONICON MANNIÆ* noſtro centum annis recentius, ſi placet,
» conferatur. Iſtic *Lagmannus* & *Olaſus Godredi Crovanis* filii habentur.
» *Olaſus* noſtro *Bitlingus*, Cap. XVIII. XXXV & XXXVIII. cogno-
» minatur, filiamqve *Ragnhilldem Sumarlidio Haulldio*, Dalorum in ſinu
» Scotiæ præfecto, elocaſſe traditur, qvorum filii *Duggall*, *Rögnvall-*
» *dus* & *Engull* memorantur. Conſentit *CHRONICON MANNIÆ*
» ad annum MCII Cap. XXXVIII. *Rögnvalldi Gudriodi* Hæbudarum
» regis filii noſter præterea meminit, eumqve *Olaſi Bitlingi* nepotem,
» ex *Ingebiorge* comitis *Haconis Pauli* filia memorat, Cujus Imperii
» principium ad annum ſalutis MCLXXVIII. obitum ad MCCXXVIII.
» idem Chronicon refert. De *Alano Galvidiæ* regulo, *Olaſo* inſula-
» rum rege, *Huſpacho*, nobis *Uſpaco*, ad eundem annum mira no-
» ſtrorum cum eodem Chronico harmonia, in ceteris etiam magnus
» conſenſus, adeo ut hæc noſtra cum illo, in ſe invicem illuſtrandis
» mutuas operas præſtent. Qvodſi libri hujus Cap. XI. de bello, qvo Rex
» Hiberniæ *Brianus* occubuit, *JACOBI WARÆI ANTIQQ. HIBER-*
» *NICARUM* Cap. IV conferre libuerit, mirus utrobiqve conſenſus apparibit,
» nam *Sitricus* illis, nobis *Sigtryggus*, idem qvod victorioſus, & qvi *Broder*
» nobis, *Bruodarus* illis, & claſſis Danicæ præfectus hic piratarum anteſigna-
» nus, utriqve *Briani* interfector. Victoriam vero penes *Brianum* uter-
» qve ſtatuit eumqve ex vulnere mortuum. Multa etiam hic oc-

» currunt

» currunt, qvæ hiſtoriæ Scoticæ lucem fœnerantur, conferenti obvia.
» Diſſenſus ab aliis ſemel qvidem aut iterum occurrit; Sed tanti hic
» non eſt, ut fides auctori eapropter derogari debeat, magis qvam
» aliis optimæ notæ ſcriptoribus cum qvibus idem illi qvoqve commune.
» Illud forte offendit, qvod inſulis illis minus populoſis, inqve mari
» procelloſo ita ſparſis, ut mutuis auxiliis, teſte *BUCHANANO*, ſe
» tueri neqveant, tantæ vires, tot trophæa, tamqve ingentes adverſus
» potentiſſimum Scotiæ regnum, progreſſus adſcribantur, cum tantum
» eis licuiſſe, fidem excedat. Verum diverſus temporum iſtorum a
» præſentium indole habitus fidem auctoris tuetur. Strata tum myo-
» paronibus piraticis cuncta maria, obſeſſaqve totius occidentis litora
» & maritima undiqve fædis direptionibus incendiisqve vaſtata: Sed nec
» a paucioribus hæc inſulanis facta ſunt omnia, cum plurimi iiqve
» potentiſſimi Norvegiæ proceres ac cives illis ſe adjunxerint, qvi pa-
» triis ſedibus pulſi, principibus diverſis, vel pretio vel parte prædæ
» conducti, meruerunt. Haut igitur mirum, ſi horum populares,
» propinqviqve comites Orcadenſes, eorundemqve ſacrorum conſortes
» & Chriſtianis natura hoſtes, auxilio tot fortiſſimorum virorum, immane
» creverint, inſigni Scotorum Hibernorumqve damno. Hinc enim
» *Olafo Albo* Dublinum regiaqve poteſtas qvæſita; hinc auctus viribus
» potentiaqve filius ejus *Thorſteinus* Rufus, qvi adjuncto ſibi *Sigurdo*
» Orcadum Comite, potentior factus eſt, qvam ut poſſit reſiſti. Parta
» tunc utriqve opimarum Scotiæ provinciarum poſſeſſio, ſeqventes Or-
» cadum Comites docuit, qvibus artibus qvorumqve ſubſidiis amiſſa
» iterum poſſint recuperari. Evidens exemplum præſentis (ɔ: Orcadum)
» ſcripti Cap. X. exhibet *Broderum* & *Uſpacum*, piratas, bello Brianico
» diverſas partes ſecutos. Nec ſimilia alibi deſunt. *Hachius* &

Hagbar-

„ *Hagbardus* fratres & piratæ Norvegi, univerſam Sveciam bello in „ ſuam poteſtatem redegerunt. *Sölvius Högnii* de Niardeya, exi„ guæ inſulæ Norvegicæ domini filius, pari eam vi ſibi ſubjecit longo„ qve tempore rexit. Recentius ſimul & notius exemplum *Rolfus* „ præbet (*Rollo* aliis, primus Normanniæ Dux, poſt ſuſceptum baptiſ„ mum *Robertus* appellatus) qvi ampliſſimum & vaſtiſſimum Galliæ im„ perium piratica manu adortus, nobiliſſimas provincias Regi *Carolo* ex„ torſit. *Alani Galvidiæ* Comitis, *Sumarlidiiqve Aragathelia Thani* in„ gentem potentiam *CHRONICON MANNIÆ BUCHANANUSqve* „ celebrant, qvorum ille ad Scotiæ ſceptra anhelabat,. Hic Norvegiæ in „ culmine fortunæ conſiſtenti, minatus eſt, idqve ſeqvioribus ſeculis, „ cum piratarum potentia deſiiſſet. Qvanta mole Norvegiæ duabus „ diſtinctis expeditionibus Orcadenſes incubuerint, qvantisqve eam ſuc„ ceſſibus attriverint, Cap. IX. & penultimum explanant. Nihil igitur de „ Comitum Orcadenſium poteſtate fictum aut abſurdum hic habetur. „ De cætero Comitum Orcadenſium genealogiam Auctor hic noſter in„ tactam non omiſit. Sed eam a vetuſtiſſimis ſeptentrionis heroibus „ *Fornioto*, ejusqve abnepote *Thorio* & abneopte *Gore*, *Noris*, Nor„ vegiæ eponymi, fratre, multis tamen gradibus interruptam, texuit, „ atqve a *Rögnvalldo Mæriarum Comite*, pepetua ſerie, ad obitum *Ha„ ralldi Maddadii*, qvi anno Chriſti MCCVI. in fata conceſſit, hiſto„ riam eorum continuavit, forte etiam ea qvæ de Epiſcopo Catanefiæ „ *Adamo* habentur, adjecit. „

Qvod vero ad textum attinet, ille, qvam potui, ſumma fide & cura datus. Negotium vero tanto gravius faceſſivit, qvanto pauciora exempla melioris notæ obtineri potuerunt. Sunt eqvidem in Bibliotheca *Arnæ Magnæana* plura (nam aliunde meliora ſpe-

rari vix poſſunt), ſed manca pleraqve & recens exſcripta, illa, vero hæc ſunt.

1) Fragmentnm membraneum, formæ vulgo qvartæ qvod in Bibliotheca Legati Magnæani No. 325. hodie conſervatur. Hæc, in folio qvindecimo & ſeqq. Textum nobis dedit ab initio ad pag. 28 lin. 11. Et qvamvis ſeculo XIV. exaratum ſit, antiqviſſimum tamen eſt omnium qvæ ad manus ſunt, exemplarium, dignumqve viſum, cujus ſpecimen æri incideretur.

2) Codex chartaceus ejusdem Bibliothecæ No. 48 formæ maximæ ſ. folii. Ex qvo Textus, in fragmento membraneo deſinens, ad finem Hiſtoriæ deſumtus eſt. Exſcriptum eſt boni cujusdam codicis, accurata *Asgeiris Jonæ* manu, qvi magnis Duumviris *Torfæo* & *Arnæ Magnæo* fidelem in exſcribendis medii ævi monumentis operam diu præſtitit. Auctoritatem auget facta poſt a b. *Torfæo* hujus cum codice Flateyenſi collatio.

Cum his duobus contulimus Codices a) No. 101 & 102 in folio. Qvorum uterqve Chartaceus ſcriptus eſt manu *Asgeiris Jonæ*. Integram iſti complectuntur hiſtoriam, ſed a qvonam autographo deſumtam, omnino incertum eſt. b) No. 332 in 4to, fragmentum ſc. Chartaceum exigui momenti. c) diverſa tria fragmenta membranea No. 325. d) Fragmentum No. 333 in 4to.

Deniqve Cod. in fol. No. 103 Chartaceum, qvi Verſionem Danicam, ſeculo XVI. factam ab auctore incerto, complectitur,

contu-

contulimus. Qvæ verſio, qvamvis virum lingvæ minus gnarum arguat, (*) nec in vocibus hodie obſoletis, aut difficilioribus enucleandis uſum qvemqvam præbeat, eſt tamen multi ponderis; Etenim plurima habet qveis viſa nobis exemplaria carent, & diverſa ab iisdem interdum tradit. Hæc in Indice Comitum, hiſtoriæ ſuffixo notavimus, & qvatuor prima Capita latine ad finem appendimus.

Cognatam huic *Magni*, vulgo Sancti, vitam ſubjungere viſum fuit. Forma, Dictio, verba, omnia qvæ in ea ſunt, ſcriptorem produnt virum monaſticæ vitæ addictum. Nec, licet *Gunnlogi* ſcriptis, *Carli*qve *Jonæ* dignitate multum cedat & fabuloſa (nam & hæc antiqvitas, in re præſertim ſacra, neceſſaria credidit) veris miſceat, contemnenda eſt. Etenim haud pauca docet, qvibus mores, (& hiſtoriæ ut illos cognoſcamus operam impendimus) lucem multam fœnerantur, qvæ aliunde non ita facile peterentur.

Textum dedit Codex Chartaceus No. 350 in qvarto, legati *Magnæani*. Qvo cum collatæ ſunt chartæ.

a) No. 351. 352. eadem forma.

b) Charta Illuſtriſſ. herois de *Suhm*, nitida fidaqve *Oddi Jonæ* manu exarata, qvam in variantibus litera O notavi.

c) Co-

(*) Evincit hoc judicium b. *Arnæ Magnæi* qvi propria manu illi adſcripſit; *Exemplar vitiis plenum & male ſcriptum, emi in Auctione Roſencranziana* 1702.

c) Codex membraneus No. 335 in 4to. Ille ſit antiqvus, ſed dictione conciſa magis ſcriptus, multas neſcit laudes in qvas Textus ampliſſimo eloqventiæ fluvio ſe diffundit. Habet tamen, qvæ collati neſciunt; & hæc pag. 534 inſeruimus.

Textu ita adornato, verſionem latinam aggreſſus ſum, & ejus rationem reddere neceſſum eſt. Multos ſcio fore, qveis Helladis Latiiqve elegantia deſiderari videbitur, nec immerito. At horum fidis auribus deponere velim, putare me addiſcenda primum domeſtica eſſe, & nativo habitu ſpectanda, adepta vero illorum ſufficienti cognitione adſcititiam venuſtatis formam, qvantum libuerit, illis conciliari poſſe. Qvam ob cauſam arriſit verbalis illa, qvam magnis nominibus *Junio*, *Sonnero*, *Gibſonio* aliisqve primis in re litteraria viris, præ culta, magis placuit. Hanc ſecutus qvam bene rem egerim aliorum judicio relinqvo.

Qvæ in Carminibus ſæpius inſertis difficillima erant, illorum haud pauca ad S. V. Dominum *Johannem Finnæum*, jam cum laude ſumma Scalholtenſem in Islandia Epiſcopum, contuli. Qvi, ut ſemper ingenuis conatibus officioſe favet, ita hac qvoqve in re operam ſuam perlubenter nobis præbuit. Tanti viri eruditionem orbis literatus diu veneratus eſt, & me plurima illi debere grata menet publice hic teſtor.

Ad *Torfæi Orcades* Chronologiam, qvæ in margine libri ſuperne conſpicitur, adornavimus.

Appendicem adjecimus 1) Orcadenſium Diploma anno 1403. ſcriptum. Qvod cum magni in hiſtoria uſus ſit, & liber

in

in qvo reperitur raro obveniat, lectoribus haud ingratum fore autumamus. Marginalia, qvæ hic apparent, a nobis ſunt adjecta, nam editio *Wallaceana* iis caret.

2) Hiſtoriam Norvegiæ detectæ ſ. Tractatum a noſtratibus vulgo dictum *Fundinn Norvegr.* Ab vita *Olai Tryggonis* cui inſertus eſt, in nominibus dicedit, & initium Hiſtoriæ Orcadum in Codice 103 ſuperius laudato facit. Hinc operæ prætium duximus, ut illud fragmentum his qvoqve ſubnecteretur.

Indices, qvi etiam opus noſtrum ſunt, tres demum ſubnectuntur. Unus Jarlorum, ordine, qvo ſibi ſucceſſerunt: nominum propriorum alter. Tertius voces, apud alios ſcriptores huc usqve impreſſos, vix occurentes continet.

Singulis cura, qvam potuimus, maxima impenſa eſt; & magnus Muſageta noſter Dnus *Petrus Fridericus de Suhm* hæc non modo dignatus eſt perlegere, lecta vero mutare, corrigere & augere; ſed, digna prælo judicata, ſuis impenſis in lucem dari juſſit, præmiumqve pro labore lautiſſimum mihi numeravit. Verbo: *Illi* me totum debeo, & Tu mi Lector! gratum *Illi* animum debes, ob tantam in ſcientias liberalitatem.

Scripſi Hafniæ die xxii Februarii
Anno Dni mdcclxxx.

JONAS JONÆUS.

ORKNEYINGA SAGA.

HISTORIA ORCADENSIUM.

Frá Jörlum.

Sva er ſagt at á dögum *Haralldz* hins hárfagra bygduz *Orcnæyiar*, enn ádr var þar víkinga-böli. *Sigurdr* het hinn fyrſti iarl i *Orcnæyium;* hann var ſon *Æyſteins Glumru* oc brodir *Rögnvalldz Möra* Jarls. Eptir *Sigurd Guttormr* ſun hans æinn vætr. Æptir hann tok iarldom *Torf-Æinarr* ſun *Rögnvalldz* iarls oc var længi iarl oc ríkr madr. *Halfdan Háleggr* ſun *Haralldz* hins hárfagra fór a hendr *Torf-Æinari* oc rak hann á braut or *Orcneyium. Einarr* kom aptr oc drap þá (a) *Rögnvalld* i (b) æy. Eptir þat for *Haralldr* kongr med herr i *Orcnæyiar. Æinarr* flýdi þá upp a *Scotland. Haralldr* konungr let *Orcnæyinga* ſveria ſer æyda oc aull oþul ſín. Eptir þat ſættuz þeir iarl oc *Haralldr*; gerdiz hann þá konungs madr oc tok land oc len af konungi oc ſkylldi eigi giallda ſkatta af, þvi at þar var herſkátt miök. Jarl gallt konungi LX marka gullz. Þa hæriadi *Haralldr* á *Scotland*, ſem getit er i Glumdrápu. Eptir *Torf-Einar* redu fyrir landi ſyner hannz, *Arnkell*, *Erlendr*, *Þorfinnr hauſakliufr.* Á þeirra dögum kom af *Noregi Æiríkr blódæyx* oc voro þá iarlar honom lydſcyllder. *Arnkell* oc *Erlendr* fello i hernadi. Enn Þorfiþr red landi oc vard gamall. Syner hans voro *Arnfidr*, *Havardr*, *Lödver*, *Liotr*, *Scule.* Moder þeirra var

(a) Halfdan. 103. 332. (b) Rimánſey. 332.

De Comitibus.

F*eruntur regnante* Haralldo *pulchricomo colere cæpiſſe* Orcades, *in qvibus antea piratarum erat receptaculum.* Sigurdus *inſularum primus comes erat*, Eyſteinis Glumræ *filius*, *frater* Rögnvalldi, *comitis* Meriæ; *ſucceſſit ei filius* Guttormus *annumqve imperavit. Poſt hunc comitatum nactus eſt* Torf-Einar, *comitis* Rögnvalldi *filius*, *geſſitqve diu*, *vir potens.* Halfdanus *Altipes*, *Haralldi pulchricomi filius*, Torf-Einarem *invaſit* & *ex* Orcadibus *expulit; Rediit* Einar & Halfdanem *interfecit; Duxit exinde in Orcades exercitum rex* Haralldus, *unde* Einare *in* Scotiam *fugato*, *Orcadenſes homagium ſolvere* & *ſingulos fundos juramento ſibi addicere fecit. Reconciliabantur poſtmodum comes* & Haralldus, *unde ille regi ſubditus*, *ditionem fevdo accepit*, *vectigalia non ſolveret*, *inſulæ enim hoſtium incurſionibus perqvam obnoxiæ. Pendebat regi ſexaginta marcas auri.* Haralldus *eo tempore* Scotiæ *arma inferebat*, *teſte* Glumdrápa. *Præerant ditioni poſt* Torf-Einarem *filii*, Arnkell, Erlendus & Torfinnus *Hauſacliuſus*, (*calvariarum ſector*). *Eorundem tempore è Norvegia venit* Ericus Blodöx, *cui tunc comites*, & *qvo ad militiam*, & *qvoad tributa ſolvenda unacum ſubditis parebant.* Arnkell & Erlendus *in bello cecidere;* Thorfinnus *vero ad ſenectam uſqve inſulis præfuit; Habuit filios* Arnfidum, Havardum, Laudverem, Liotum

&

var *Grelaug*, dotter *Dungadar* iarls af *Kataneſe*. Moder hennar var *Groa*, dotter *Þorſteins Rauds*. Á dögum *Þorfinnz* iarls kvamo af *Noregi* ſyner *Æyriks blodaxar* þá er þeir höfþu flyet fyrer *Haconi* iarli; var þá í æyiunum mikill yfergángr þeirra. *Þorfiþr* iarl vard ſottdaudr. Æptir hann redo landi ſyner hans, oc ero frá þeim miklar ſaugr. Laudver lifþi þeirra lengzt oc red þá æinn landi. Sun hans var *Sigurdr digri* iarl, hann var ríkr oc hermadr mikill. Á hans dögum for *Olafr Tryggvaſun* or væſtr víking med liþi ſínu, hann lagþi til Ornæyia, han tok höndum *Sigurd* iarl i *Rörvagi*, hann lá þar fyrir æinſcipa. *Olafr* konongr baud þá fiörlauſn iarli at hann ſkylldi taka tru retta oc ſcírn oc geraz hans madr oc bioda kríſtni um allar *Orcnæyiar*. *Olafr* konongr tok í giſling ſun hans er *Hundi* het eþa *hvelpr*. Þaþan for *Olafr* til *Noregs* oc gerþíz þar konongr oc var *Hundì* med honom nockora vætr oc andaþiz þar. Enn ſíþan væitti *Sigurdr* iarl æinga lydſcylldo *Olafi* konongi; hann geck at eiga dottur *Melkolms* Skotta konungs, oc var þeirra ſun *Þorvidr* iarl hinn ællri, *Sumarlidi*, *Bruſi* oc *Einarr*. V vetrum æptir fall *Olafs* konungs *Tryggva* ſunar for *Sigurdr* iarl til *Irlandz*; han ſetti ſunu ſína ællri til lanz. *Þorfinn* ſendi hann til *Scotlanz* til *Scotta* konongs moþr fedr ſíns. I þeirri ferd fell *Sigurdr* iarl í *Brians* orroſto. Æn er þat ſpurdíz til *Orcnæyia*, þa voro þeir ſyner hanz til iarla tekner, *Sumarlidi*, *Bruſi*, *Æinar*, oc ſciptu i þridiunga med ſer laundum. *Þorfiþr Sigurdarſon* var þa V vetra er fader hans fell. Æn er fall iarls ſpurdiz til *Scotta* konungs, Þá gaf *Scotta* konungr *Þorfinni* frænda ſínum *Katanæs* oc *Sudrland* oc iarls nafn med, oc feck honom menn til at ſtýra ríki med honom. *Þorfinnr* iarl var þegar brádgörr í uppvexti oc allum þroſka. Hann var ſterkr madr oc liótr oc mikill væxti. Þegar er hann vox upp, var audſætt at hann var ágiarn, hardr, grimmr

& Sculium, *qvorum mater* Grelauga, *comitis* Dungadi *in Kata, neſo filia; ejus mater* Groa Thorſteinis Rufi *filia.* Thorfinno *Comite, venere e Norvegia* Erici Blodoxii *filii à Comite* Hacone *exulantes, qvi tunc in inſulis multum graſſabantur. Comes* Thorfinnus *morbo deceſſit. Succeſſère ei in officio filii, de qvibus prolixæ hiſtoriæ.* Laudver *fratribus ſuperſtes, populum ſolus regebat; Ei filius comes* Sigurdus Craſſus, *dives & militiæ peritus. Hoc tempore rex* Olaus Tryggvii, *e piratica occidentali cum exercitu reverſus, claſſem ad Orcades appulit, & Comiti* Sigurdo, *qvi unicam navem in ſinu* Rörvagi *detinuit, comprehenſo, retinendæ vitæ conditionem declaravit veræ fidei & baptiſmi amplexum, addito, ut, ſibi ſubditus, religione* Chriſtiana *ſingulos Orcadenſes imbueret. Abduxit ſecum rex* Olaus *obſidis loco filium Comitis,* Hundium *ſive* Hvelp (*catulum*); *in* Norvegiam *exinde vectus, regni ſceptra moderanda ſuſcepit; Poſt aliqvot annorum apud hunc moram* Hundius *obiit, qvo mortuo comes* Sigurdus *regi Olao clientelare obſeqvium neutiqvam præſtitit; Uxorem duxit filiam* Melkolmi, *regis Scotiæ, ſuſcepitqve ex ea filios,* Thorfidum, *Comitem* Sigurdum *ſeniorem*, Sumarlidium, Bruſium & Einarem. *Qvinqve poſt obitum regis* Olai Tryggvii *hyemibus, ivit in Hiberniam Comes* Sigurdus, *filiosqve natu majores ditioni præfecit,* Thorfinnum *in Scotiam ad avum ipſius maternum regem Scotiæ miſit & itinere nondum exantlato in prælio* Brianico *cecidit; Qvod cum in Orcadibus audiretur, filii ipſius* Sumarlidius, Bruſius & Einar, *Comites conſtituti, inſulas in tres partes inter ſe diviſerunt. Eo, qvo cadebat pater, Comes* Sigurdus, *anno, filius* Thorfinnus *qvinqvennis erat; Verum rex Scotiæ, cæde Comitis audita, cognato* Thorfinno Kataneſium & Sudurlandiam, *unacum Comitis titulo conceſſit & viros, qvi eum in regendo juvarent, tradidit. Comes* Thorfinnus *omnibus animi corporisqve viribus cito maturus, qvævis*

grimmr oc forvitr. Þeir brædr *Æinarr* oc *Bruſi* varo olíkir i ſcaplýndi. *Bruſi* var ſamsmadr mikill oc vitr, málſniallr oc vinſæll. Æinar var ſtirdlátr oc fálatr, óþýdr, ágiarn, oc hermadr mikill. *Sumarliþi* var líkr *Bruſa* í ſcaplyndi oc var hann ællztr oc lifþi ſcæmſt þeirra brædra; hann vard ſóttdaudr. Æptir andlát hanz talþi *Þorfinnr* til ſíns luta *Orcnæyia*, þvi at *Þorfiþr* hafþi *Katanæs* oc *Sudrland*, þat ríki er átt hafþi *Sigurdr* fádir hanz oc talþi *Æinarr* þat mýclo meira enn þridíung *Orcnæyia* oc villdi hann eigí unna *Þorfinni* ſciptis, enn *Bruſi* let uppi ſcipti fyrer ſína hönd oc vil ec ſegir hann ecki ágyrnaz at hafa meira af landi enn þann þridiung er ec á at retto. Þa tok *Æinarr* under ſic tva luti æyia. Giördiſt hann þá ríkr madr oc fiölmennr; var hann opt i hernadi á ſumrum oc hafþi utbod mikil fyrer landi, enn allmiſiafnt var til fengiar í víkingunne. Þá tok buendum at leidaz þat ſtarf, enn iarl hellt fram med fækiu allum álagum oc let æyngum manni hlýda motí at mæla. Hann var hinn meſti ofſtopa madr. Þa gerdiz í æyionom hallæri mikit af ſtarfi oc fekoſtnadi þeim er buendr höfþu. Æn i þeim luta lanz er *Bruſi* hafþi var ár mikit oc hóglífi, buandum var hann vinſæll.

Frá Aumundi og Þorkatli.

Madr het *Aumundi*, ríkr oc audigr, hann bió í *Hroſſey* í *Sandvíc* á *Lauſandanæſi*. *Þorkell* het ſun hanz, hann var allra manna giörviligaſtr í *Orcnæyium*. Þat var eitt var at iarl hafþi utbod ſem hann var vanr. enn buendr kurrudu illa oc báru þetta fyrer *Aumunda* oc bádu hann mæla ſer nockora forſtöd vid iarl; hann ſegir at iarl er óálýdin oc qvædr ecki tiá muni at bidia ſic næinna muna

cepit incrementa, vir fortis, torvus & ſtatura magnus; Mox ubi adolevit, eum avarum, truculentum, ferocem atqve ſagacem eſſe apparuit. Einar & Bruſius *diſparis erant indolis; hic vir erat perqvam pacificus, ſapiens, diſertus ac populari favore beatus; ille rigidus, taciturnus, immitis, avarus & militiæ deditus.* Sumarlidius Bruſio *qvoad indolem ſimilis natuqve maximus, fratres fatis anteceſſit & vitam morbo finiit. Poſt mortem ejus in Orcadibus partem ſuam popoſcit* Thorfinnus, *cum autem ipſe* Kataneſiam & Sudrlandiam, *regnum qvod paruerat patri* Sigurdo, *teneret, id* Einar *multo majoris qvam tertiam Orcadum partem æſtimavit & diviſionem* Thorfinno *denegavit, eandem vero ex parte ſua indulſit* Bruſius, *dicens, plus provinciæ qvam tertiam partem, qvæ jure ſibi cederet, ſe non avere; hinc* Einar *duas inſularum partes Sibi ſubjecit & dives evaſit, hominum multitudine ſimul ſtipatus; æſtivo ſæpe tempore militiæ vacavit & naves multas militibus inſtructas eduxit, prædandi fortuna neqvaqvam favente; hinc indigenas laboris iſtius tæduit, comes autem ſtrictiſſime omnia ſua imperata urgens, nullius contradictionem paſſus eſt, vir inſolentiſſimus. Miſera tunc fames inſulas vexavit; in cauſa fuere labores & impenſæ incolarum. Verum provincia* Bruſii *annonæ felicitate paceqve beata fuit; unde eum indigenæ amaverunt.*

De Amundio & Thorkele.

Amundius, *vir potens & opulentus, incoluit in* Hroſſey, *territorii* Lauſandaneſiæ *prædium* Sandvik. *Filius ejus* Thorkell *ſingulos in Orcadibus corporis dotibus antecellebat. Vere qvodam comes, ut ſolitus erat, expeditionem navalem injunxit, incolæ vero murmurarunt, Amundio hoc qveſti ſunt & ut apud comitem qvodam modo pro ſe intercederet, rogarunt; Reſpondit ille comitem intractabilem eſſe*

&

muna um þetta, er vinatta varr iarls god at ſva buno, æn mer þiki vid vanda buit at ver verdum rángſátter vid ſcaplindi hvarra tveggio; mun ec mer ongu affcipta ſegir hann. Þá bidiá þeir *Þorkel;* hann var traudr til oc het um ſídir vid áæggian manna. Avmunda þotti hann of brátt heitit hafa. æn er iarl átti Þíng, þá mælti *Þorkell* af hendí buanda, oc bad iarl vægia mönnom oc ræddi um naudſyn manna. iarl ſvarar vel oc kvad mikils virda ſcylldo ord *Þorkells.* Ec hafþa nu ætlat at hafa VI. ſcip or landí. æn nu ſcal eigi meirr hafa enn III. æn þu *Þorkell* bìd eigi ſlíkrar bónar. Buendr þauckudo væl *Þorkeli* liþvæitſlu ſína, for iarl i víking um ſumarit oc aptr um hauſtit: ænn um varit eptir hafþi iarl enn utbod oc átti þing vid buendr. *Þorkell* taladi enn af hendi buanda oc bad iarl vægia buandum. Iarl ſeger þá reidulíga oc ſagþi at þá ſcylldi lutr buanda miket værſna vid hans rödu. gerþi hann ſic þá ſva reídan oc oþan at hann mælti at þeir ſcylldi ecki annar hvarr eþa bádir heiler af þínginu oc ſleit ſva því þíngi. Æn er *Amundi* ſpurþi hvat þeir iarl oc *Þorkell* höfdu vidmællz þa bad hann *Þorkell* braut fara. fór hann þa yfer á *Katanæs* til *Þorfinnz* iarls, var hann þar lengi oc foſtradi hann iarl er hann var ungr oc var ſiþan kallaþr *Þorkell Foſtri* oc var hann ágetr madr. Fleyrí voro þeir rikísmenn er flydo or *Orcneyiom* fyrir ofríki *Sigurdar* iarls, flydo fleſtir til *Þorfinns* iarls enn ſumèr til Noregs. ſumir til ymiſſa landa. enn er *Þorfidr* iarl þroſkadiz, þá ſendi hann bod til *Sigurdar* brodr ſíns oc beiddi af honom ríkis þeſs er hann þottiz æiga i *Orcneyium.* *Sigurdr* tok því obrátt at mídla ríki ſínu; æn er *Þorfidr* ſpurdi þat, þa baud hann liþi ut af *Kataneſi* oc for til *Orcnæyia*, æn er *Sigurdr* iarl ſpurdi þat, þá ſamnar hann liþi oc ætlar at veria land. *Bruſi* iarl ſamnar liþi oc ferr til motz vid þá oc bar ſættar ord milli þeirra; vard þat at ſætt at *Þorfidr* ſkal hafa þridiung lanz i *Orcnæyiom* ſva ſem hann atti

& ſe nulla conditione de hoc ſollicitare profuturum; Amicitia, addidit, me, comitemqve intercedens in præſenti bona, periculum autem ominor, nos, diverſæ qvippe indolis, diſcordes fore; nulla hujus rei mihi erit cura. Rogarunt deinde Thorkelem*; qvi poſtqvam primo detrectaverat, ſollicitatus, tandem promiſit.* Amundio *is cito nimis promiſiſſe videbatur. Cæterum cum conventum haberet comes,* Thorkell *pro incolis oravit & ut iisdem parceret, rogavit, neceſſitatem ſimul exponens. Comes mite dedit reſponſum, ſeqve verba* Thorkelis *magni æſtimaturum aſſeruit; Propoſueram, addidit, hac vice ſex naves educere, nunc vero tres tantum adhibebuntur; Verum tu* Thorkell, *ut (in poſterum) talia fiant, ne petas. Incolæ* Thorkeli *pro ope ſua gratias egerunt. Comes æſtate iſta piraticam ſuſcepit & ſeqventi autumno rediit; Vere autem proximo in conventu indigenarum milites adhuc deſcripſit;* Thorkell *etiam hac vice â parte incolarum, ut comes iisdem parceret, rogavit; ad qvod ille iracundus, rem eorum ob ipſius preces multum detrimenti capturam reſpondit; Magnam ejus iram & furorem prodiderunt verba, dicentis, alterum eorum â conventu incolumem non diſceſſurum. In memorato ſtatu conventus ſolvitur. Cum autem* Amundius *colloqvium comitis &* Thorkelis *inaudiret, filium ut diſcederet rogavit, qvi in Kataneſum ad comitem* Thorfinnum *transiit; Moratus eſt ibidem diu, & comitem, immaturæ qvippe ætatis, educavit,* Thorkell Foſtri (*nutritius*) *exinde cognominatus; vir clarus. Plures fuere viri divites qvi præ duriori comitis* Sigurdi *imperio ex Orcadibus aufugerunt, plurimi ad comitem* Thorfinnum, *verum alii in Norvegiam, alii varias in terras. Cæterum cum matureſceret Comes* Thorfinnus *nuntium miſit fratri* Sigurdo *& regnum qvod in Orcadibus jure ſuum eſſe ipſi videbatur, popoſcit.* Sigurdus *regnum dividendo cedere detrectavit; Qvod cum audiret* Thorfinnus, *copias e Kataneſo in Orcades eduxit; de eodem autem certior comes* Sigurdus, *mi-*

átti at retto, æn *Bruſi* oc *Sigurdr* lögþu ſaman ſinn luta, ſcylldi *Einarr* hafa forrád oc landvaurn fyrer þæim. æn æf misdaudi þeirra yrdi, þá ſkylldi ſá þeirra hafa ríki ſem lengr liſþi. æn ſá maldagi þotti eigi iafnligr. því at *Bruſi* átti ſun er *Rögnvalldr* het. æn *Einar* var ſonlauſs. ſætti þa *Þorfidr* ſína menn til at vardveita ríki þat er hann átti í æyiunum. æn hann var optaz á *Kataneſe*. *Einar* var á ſumrum í hernadi of *Irland* oc *Scotland* oc *Brættland*. Þat var eitt ſumar er *Einar* iarl heriadi a *Irland* at hann bardiz i *Ulfreksfyrdi* vid *Konofögr Ira Konong* at hann feck þar óſigr mikinn oc mannlát. Annat ſumar epter for *Æyvindr Urarhorn* væſtan af *Irlandi* oc ætladi til *Noregs*. æn er vædr var hvaſt oc ſtormr mikill. Þá ſnýr *Æyvindr* til *Asmundarvags* oc lá hann þar um hríd. æn er þat ſpurdi *Einar* iarl, þá hellt hann þangat til liþi miklo, tok þar *Æyvind* oc let dræpa. æn gav grid flæſtum mannom hans oc foro þeir til *Noregs* um hauſtit oc qvamo á fund *Olafs* konongs oc ſaugdo honom frá aftaki *Æyvindar*. Konongr ſvarar fá oc fanz þat þó á at honom þotti mikill ſcadi at of *Eyvind* oc miöc giört i moti ſer oc um flæſt var hann fámælltr þat er honom þotti moti ſcapi ſer. *Þorfidr* iarl ſetti *Þorkel Foſtra* at heimta ſaman ſkatta ſína. *Einar* iarl kændi *Þorkatli* miöc at *Þorfidr* iarl kom í æyiarnar. for *Þorfidr* ſcyndeliga or æyiunum oc yfir à Næs; hann ſagdi þat *Þorfinni* iarli at hann var þes viſs ordin at *Einar* iarl ætladi honom dauda æf eigi hefþi frændr hans oc viner honom nióſn borit; Nu man ec ſeger hann æiga þann á baugo at láta þann verda fund ockarn iarls er umbſcipti med ockr. æn þann lut at fara braut længra oc þann oc at ecki ſe hans valld yfir. Jarl fyſti þeſs at *Þorkell* ſcylldi fara til *Noregs* á fund *Olafs* konongs oc væri þar um vetrinn med konongi i kiærleikum; muntu ſeger hann mikils virdr hvar ſem þu ert eþa kemr med

tignum

lites conſcripſit, ditionem defenſurus. Facit exercitum comes Bruſius, *convenit discordes, & pacem inter ipſos conciliat, ea conditione, ut* Thorfinnus *tertiam Orcadum partem, qvæ jure illius erat, obtineret;* Bruſii *autem &* Sigurdi *partes unitas* Einar *tueretur & exteros hoſtes arceret; qvod ſi fato alter alteri cederet, ſuberſtes regno potiretur; hoc vero pactum iniqvum cenſebatur,* Bruſio *enim filius nomine* Rögnvalldus; Einar *autem improlis erat.* Thorfinnus *ſuis ditionem, qvam in Orcadibus habebat, tuendam demandavit, aſt ipſe ſæpiſſime in Kataneſia manſit.* Einar *æſtates* Hiberniæ, Scotiæ *&* Britanniæ *arma inferendo transegit; Forte æſtate qvadam, cum* Hiberniam *infeſtaret & in* Ulfreksfiord *cum* Hiberniæ *rege* Konofögr *manum confereret, multo inferior, ſuorum jacturam paſſus eſt. Proxima poſt hanc æſtate* Eyvindus Urarhorn *ex* Hibernia *in* Norvegiam *navigaturus, cum procelloſa tempeſtas incideret, curſum flexit in* Aſmundarvagum *ibiqve navem in anchoris tenuit, qvo audito comes eodem, magno cum militum numero tetendit,* Eyvindum *captum occidit, plurimos vero ejus comites incolumes dimiſit; Hi in Norvegiam ſeqventi autumno transierunt, regem* Olaum *convenerunt eiqve cædem nuntiarunt; Idem de ea pauca, qvam tamen pro magno detrimento, perqvam offenſus, habere compertus eſt, plurima animo ſuo contraria tacens. Comes* Thorfinnus Thorkeli Foſtrio *colligendorum ſuorum vectigalium curam demandavit. Comes* Einarus Thorkelem *in Orcades veniſſe* Thorfinno *valde imputavit, unde* Thorkell *ex inſulis in promontorium repente transiit & indicavit comiti* Thorfinno, *ſe certum redditum, comitem* Einarem *ei mortem intentaſſe, ni cognati & amici ipſi aperuiſſent. Nunc, addidit, ſtudebo, conamine qvalicunqve, ut in conventu meo & comitis res noſtræ mutentur; ſors vero erit ut longius abeam, a poteſtate ejus liber. Hortabatur comes ut in* Norvegiam *veheretur* Thorkell, *regem* Olaum *conveniret, & apud eum, amatus, hyemaret; Ubicunqve, ait, degeris, vel veneris,*

tignum mönnum. æn ec væit bæggia yckar ſcaplyndi þitt oc iarls at þit monud ſcamma ſtund - - - - - - til. bioz pà *Þorkell* oc for um hauſtit til *Noregs* á fund *Olafs* konungs oc var þar um vætrinn med *Olafi* konongi i kiærleikum miclom; hafþi hann *Þorkel* miöc vid mál ſín; Þótti honom, ſem var, *Þorkell* vitr madr oc ſcaurungr mikill; fann konongr þat miöc í redu hans at hann misjafnadi miöc fráſögn um iarlana oc var vinr mikill *Þorfinnz.* æn lagþi feþ á *Einarr* iarl. æn ſnemma um varit ſendi konongr ſcip væſtr um haf á fund *Þorfinnz* iarls oc ordſending at iarl ſcylldi koma á Konings fund, æn iarl lagþiz æi under höfut færdina, þviat vinattumál fylgdu ordſending.

Frá Þorfinne.

Þ*orfinnr* fór auſtr til Noregs oc kom á fund *Olafs* konungs. fær þar gódar ſvidtakr; dvaldiz þar lengi um ſumarit; en er hann bióz væſtr, þa gaf *Olafr* konongr honom lángſcip mikit oc gott med allom reida. *Þorkell Foſtri* reþ þá til ferdar med honom oc gaf iarl honom þat ſcip er hann hafþi væſtan haft um ſumarit; ſcilduſt þeir konongr oc iarl viner med kærleikum miclom. *Þorfinnr* iarl kom um hauſtit til Orknæyia. Æn er *Einar* iarl ſpurdi þat, þá hafþi hann fiölment oc lá á ſcipum. *Bruſi* iarl for til fundar vid þá báda brödr oc bar ſætt í millum þeirra. Kom enn ſva at þeir ſættuz oc bundu þat æidum. *Torkell Foſtri* ſcylldi þá i ſætt vera oc vinattu vid *Einarr* iarl oc var þat mællt at hvar þeirra ſcylldi auþrum væita væitzlu oc ſcylldi iarl fyrri ſækia i Sandvíc til *Þorkells.* æn er *Æinar* var þar á væitzlu, þa var þar væitt hit kappſamligſta. Jarl var ecki kátr.

apud nobiles magni æſtimaberis, noſco autem utriusqve, tuam & comitis indolem, vos non diu . . . . . . Thorkell *igitur paratus & autumno in Norvegiam delatus, regem* Olaum *convenit, & apud eum hyemavit, & ab eo, gratia ipſius valens, ad conſilia plurima adhibitus eſt; cenſuit enim Comes, qvod & vere, ipſum eſſe virum ſapientem & gravem; collegit ex colloqvio diſparem ejus de comitibus relationem; amicum eſſe infucatum* Thorfinni, *verum Einarem & ipſum ſimultates intercedere; primo autem vere rex navem occidentem verſus ad comitem* Torfinnum *miſit cum nuncio ut ad ſe veniret, comes vero iter non neglexit, nuncius enim ad jungendam amicitiam incitantia verba ferebat.*

De Thorfinno.

Thorfinnus *orientem verſus in* Norvegiam *delatus, regem* Olaum *convenit, apud qvem, humaniter exceptus, diu æſtatis moratus eſt. Verum ubi iter occidentem verſus parat, rex ei navem longam, magnam bonamqve, cum univerſis armamentis donavit. Comes* Thorkelem Foſtrium *ſe comitaturum, navi, qva ea æſtate ab Orcadibus vectus fuerat, donavit A rege, inter ſumma utrinqve amicitiæ documenta diſceſſit & autumno in Orcades venit; qvod cum audiret comes* Einar, *multitudine ſtipatus in navibus excubabat. Comes* Bruſius, *pacem impetraturus, ambos fratres convenit, unde adhuc effecit ut compoſitam pacem juramentis ſtabilirent;* Torkell *nutritor pace amicitiaqve comitis* Einaris *frueretur, pacto addito, ut alter alterum convivio xciperet & qvidem* Thorkell *comitem in prædio Sandvica prius; qvi inter lautiſſimum ibidem convivium triſtis erat. Triclinium foribus in utraqve extre-*

 mitate

kátr. þar var ſcali mikill oc dyrr á bádum endum. Þann dag er iarl ſcylldi braut buaz þá ſcylldi *Þorkell* fara med hönum til væitzlu. *Þorkell* ſender menn á hnioſn fram á væigin þar ſem þeir ſcylldu fara um dagin; æn er þeir qvamo aptr, þá ſögþu þeir at þeir fundu þar þrennar ſátir oc vapnada menn, oc hyggiu ver þat ſatt at ſægia at ſvik munu vera. Æn er *Þorkell* ſpurþi þetta, þa freſtadi hann buninge oc heimti at ſer menn ſína. Jarl bat hann buaz; qvat mál at rída. *Þorkell* ſegir at hann ætti mart at annaz; hann geck ſtundum ut, æn ſtundum inn. Æll-dar varo á golfino; þá geck *Þorkell* inn um adrar dyrr oc eptir honom madr auſtfyrdſkr at ætt, Islændſkr oc het *Hallvardr*, hann lauk aptr hurdinne. *Þorkell* geck innar mille ælldzins oc þeſs ſem iarl ſat. Jarl ſpurþi: ertu nu buinn? *Þrorkell* ſægir: nu er ec buinn; þá hió hann til iarls i höfuþit oc ſteyptiz han fram á golfit. Þá mællti *Þorkell*; her ſá ec alla veſta fángaráds er þer dragit eigi iarl af ælidinom; hann kiærdi til ſpaurdu oc kæyrdi under hnacka bæinit iarli oc kipti honom upp at pallinom. *Þorkell* oc þeir förunautar gengu þá ut ſcyndiliga um adrar dyrr enn þeir gengo inn, ſtódo þar uti menn *Þorkellz* med alvæpni; enn menn iarls toko til hans oc var hann þa daudr; enn allom felluz hændr til hæfnda, var þat oc brádum bar oc vardi æyngann mann þeſſa værks af *Þorkatli;* voro menn oc flæſtir vapnlauſir inne, æn margir ádr vinir *Þorkells* godir; bar þat til med aud-nu þeirri at *Þorkatli* vard audit længra líſs, fór *Þorkell* þá til ſcips ſins, æn iarlsmenn i brott. *þorkell* ſigldi þá daga þegar auſtr i haf oc var þat epter vetrnætr, oc kom hann med heilu til *Noregs* oc for þegar á fund *Olafs* konongs oc feck þar godar vidtaukr, let konungr yfir þeſſu verki væl. Var *Þorkell* med konongi um vetrinn.

Frá

mitate inſtructum. Die qvo iter pararet comes, Thorkell *eum ad convivium comitaretur. Is ſpeculatores in viam qva irent miſit, qvi reverſi, tribus locis armatos inſidiatores ſe inveniſſe nuntiarunt, fraudem ſubbeſſe pro certo aſſerentes. Cæterum cum hæc audiret* Thorkell, *iter parare differens, ſuos accerſit; comes ut itineri ſe accingat rogat, dicens tempus addeſſe qvo eqvitarent, cui ubi* Thorkell *ſibi multa curæ eſſe reſpondit, nunc egreſſus, nunc ingreſſus eſt; foci in pavimento accenſi.* Thorkell *exinde per alias fores ingreditur, & ipſum ſecutus ex orientali Islandiæ qvadrante oriundus vir, nomine* Hallvardus, *januam clauſerat, inter ignem ſedemqve, in qva comes, introgreſſus, qværenti an paratus eſſet, affirmat, ac ejusdem caput cædit, ut in pavimentum prorueret; Tunc* Thorkell*; heic vidi omnes ad repentinum actum tardiſſimos cum ex igne comitem non eripiatis. Tigillum exinde arreptum occipiti ſuppoſuit & comitem ad pulpitum raptim extraxit; cum comitibus deinde, alias per fores qvam ingreſſi erant cito exiit; extra has aſſeclæ ejus armati ſteterunt. Comitem autem domeſtici aſſumſerunt exanimatum; aſt omnes, ſtupefacti, manus ab ultione abſtinuere; facinus, momento qvippe patratum, a* Thorkele *nemo ſperavit; plurimi qvoqve intus inermes; multi vero antea ejus amici. Contigit hoc fato* Thorkeli *longiore vita frui. Hic dein ad naves ſuas ſe contulit, comitis autem aſſeclæ abierunt;* Thorkell *ſeqventibus ſtatim diebus, poſt initium licet hyemis alto ſe commiſit & in Norvegiam ſoſpes delatus regem* Olaum *confeſtim convenit, humaniter exceptus hocqve facinore gratior, apud eum hyemavit.*

De

Frá Jarli.

Eptir fall *Einars* iarls tók *Bruſi* iarl þann luta lanz er áþr hafþi haft *Æinarr* iarl; þvi at þat var med margra manna vitni med hverium ſcildaga þeir *Einarr* oc *Bruſi* hafþu felag gert. *Þorfinni* þótti þat rettaz at hálfar æyiar hefþi hvarr þeirra; æn þó hafþi *Bruſi* þann vetr tva luti lanz. Æptir um varit kallar *Þorfinnr* til lanz vid *Bruſa* at hann vill hafa helming, æn *Bruſi* gallt eigí iáqvædi til þeſs, áttu þeir þíng oc ſtæfnr at þeſſum málum; gengu þá til viner þeirra at ſemia þetta mál oc kom ſva at *Þorfinnur* let ſer ecke annat líka ænn hann hefþi helming æyia. *Bruſi* ſegir. ec unda at hafa þridiung æyia þann er ec tok i faudr arf minn, kalladi oc æingi til i hendur mer; æn nu hefi ec tekit annan þridiung í arf eptir brodr minn at rettum máldaugum; æn þo at ec ſe vanfær til at dæila kappi vid þic broder, þá mun ec þó annars í læita enn iáta undan mer land eda ríki at ſva buno. Þeir ſcylldu ſva málſtæfnu þeſſa. Æn er *Bruſi* ſá at hann myndi eigi hafa afla til at ſtanda iafnfætis vid *Þorfinn*, því at hann hafþi miklu meira ríki oc þó af Skotta konongi trauſt modr fedr ſínum; þá red *Bruſi* þat af at fara or landi auſtr á fund *Oláfs* Noregs konongs oc hafþi med ſer *Rögnvalld* ſon ſinn; var hann þá X vetra; æn er iarl hitti konong þá tok hann vel vid honom; æn er iarl bar upp æyrindi ſín fyrer konongi oc ſegir allan mála vöxt þann ſem var med þeim brædrum oc bad konong væita ſer ſtyrk til at hallda ríkí ſínu, baud fram þar í mót fullkomna vináttu ſína. Kongr ſvarar oc tok þar fyrſt til máls er var *Haralldr* hinn hárfagri at hann hafþi eignaz ódul aull i Orcnæyium, æn iarlar hafþu opt haft laund þau ſíþan ſem at leni æn alldrigi at æign; æn þat er til iarteina ſegir hann, at þá er *Æiríkr Blódæyx* oc ſyner hans varo i Orc-

De Comite.

P*oſt cædem comitis* Einaris, *provinciam qvæ ejus antea fuerat comes* Bruſius *occupavit, pactum enim communionis multi teſtes audiverant;* Thorfinnus *juſtiſſimum cenſuit dimidium inſularum qvemvis obtinere*, Bruſius *tamen nihilo minus ea hyeme duas partes retinuit; vere ſeqventi dimidium inſularum a* Bruſio *expoſcit* Thorfinnus, *ille vero denegavit; circa litem hanc conventus in foro indixerunt, ad eandem vero compeſcendam comitum amici interceſſerunt, aſt ſine fructu, nam* Thorfinnus *eo ſolum contentus fuit, qvod dimidio inſularum potiretur. Ad id* Bruſius; *contentus, inqvit, eram triente inſularum, qvem pater mihi reliqvit & nemo aume exposcit, nunc vero alter, juxta pactum juſtum hæreditas mihi a fratre venit; qvamvis autem, frater, te cum certando impar ſim, attamen, ne provinciam vel regnum in ſtatu præſenti abalienem, tentabo. His dictis conventui finis. Cæterum cum* Bruſius *ſibi vires* Thorfinno, *is qvippe regnum habebat multo majus & avo ſuo regi Scotorum confidebat, pares, deeſſe animadverteret, conſilium cepit, ut, relicta patria, orientem verſus in Norvegiam vectus, regem* Olaum *conveniret, adducens ſecum filium, decem tunc annos natum*, Rögnvalldum. *Verum, ubi regem convenit, benigne excipitur, ei negotium ac ſtatum controverſiæ inter ſe & fratrem exponit, ejusqve ad retinendum regnum opem implorat, integram ſuam amicitiam auxilii loco promittens. Cum reſponderet rex, ab Haralldo pulchricomo orſus eſt, eum ſcilicet proprietatis jure omnes in* Orcadibus *fundos acqviſiviſſe, Comites autem ſæpe poſtmodum earundem præfectos, nunqvam vero poſſeſſores extitiſſe; cæterum, inqvit, argumento eſt, qvod cum* Ericus Blodöx, *cum filius, in orcadibus maneret, comites iis obſeqvium debebant. Cum* Olaus Tryggvii *eo veni-*

i Orcnæyium, varo iarlar þeim lydſcyllder; oc er *Olafr Tryggvaſon* frændi minn kom þar, þa gerdiz *Sigurdr* iarl fader þinn hans madr. Nu hæfi ec tækit æptir *Olaf Tryggvaſon* allann arf. Nu vil ec gera þer þann koſt at þu geriz minn madr, mun ec þá fá æyiar þer i len, ſkal ec þá fræiſta, ef ec væiti þer minn ſtyrk, hvart betr ſkal at halldi koma eþa *Þorfinni* brodur þinum ſtyrkr eþa trauſt Scotta konungs. Æn ef þu vilt eige þenna koſt, þá mun ec epter leita þeim eignum eþa óþalum er vorer frændur hafa haft eþa átt veſtr þangat. Þeſſar rödur hugfeſti hann med ſer oc bar fyrer vini ſína, leitadi hann þá ráds vid þá hveriu hann ſcylldi iáta hvart hann ſcylldi at þeſſu ſættaz vid *Olaf* konong og geraz hans madr, æn hitt er mer óſynna hver minn luti verdr at ſcilnadi varum æf ec qvæd næi vid; þvi at konongr hæfir bært gört tilkallit at hann þyckiz æiga æyiarnar, æn vid ſtorrödi hans oc þat at ver erum her komnir, þá mon honon lítit fyrer at gera þat af minum koſti ſem hann vill; æn þò at iarli þotti á hvaru tveggia anmarki, þá tok hann þann upp at leggia allt á konongs valld bedi ſic oc ríki ſítt, tok þa *Olafr* konongr vald af honom yfir allom ærfda landom ſínum, gerdiz iarl hans madr oc batt þat ſvardaugum.

Þorfidr iarl ſpurþi er *Bruſi* brodir hans var farinn auſtr á fund *Olafs* konungs at ſækia trauſt af honom; æn fyrer því at *Þorfidr* hafþi farit fyrri á fund *Olafs* konongs oc komit ſer þar i vinattu, þá þottiz hann þar æiga vel fyrir buit oc viſſi at þar mundu margir flytia hans mál, gerir *Þorfidr* þat rád at hann býr ferd ſina ſem ſkyndiligaz oc for til *Noregs* oc ætlar at ſem minſtr ſcylldiværþa misfari þeirra brædra oc ækki ſcylldi hans æyrindi til lykta komit ádr *Þorfinnr* hitti konong, æn þat vard á annan væg enn iarl hafþi ætlat, því er *Þorfidr* iarl kom á fund

Olafs

ret, Comes Sigurdus, pater tuus, ei ſe ſubmiſit; tota hæreditas ab Olao Trygvii *mihi obvenit; dabo tibi conditionem ut clientem meum te profitearis, qvod ſi feceris, inſulas, fevdum tibi concedam, experturus, modo opem tibi feram, utrum mea tibi, an* Thorfinno fratri *tuo regis Scotiæ ops & ſubſidium magis conducat. Verum ſi conditionem hanc rejeceris, poſſeſſiones ſive fundos cognatorum noſtrorum occidentem verſus recuperare tentabo. Sermonem hunc meditatus Comes, amicis aperuit & conſilium qvodnam affirmaret expetiit; au regi Olao lubens ſe ſubmitteret; aſt, addidit, in dubium revoco qvalis ſtatus ſiat rerum mearum diſceſſuri, modo recuſaverim, rex enim inſulas ſe jure repetiturum declaravit; verum propter magnas ejus vires, præter qvod huc venimus, rem meam pro lubitu mutare non gravabitur. Cæterum licet Comes utramqve difficilem cenſeret, in conditionem tamen, omnia ſe nempe & regnum regi ſubmittendi deſcendit; qvo facto, ſingulos fundos hæreditarios regi dedit eiqve juramento ſe addixit.*

Audiit Comes Thorfinnus *fratrem* Bruſium *regem* Olaum *conveniendi cauſa, opem ab ipſo impetraturum, orientem verſus profectum eſſe; propterea autem qvod regem prior inviſerat, ibidemqve amicitiam ſibi conſiliaverat, rei ſuæ bene proviſum eandemqve a multis procuratam fore exiſtimavit; Conſilium cepit iter qvam citiſſime inſtituendi inqve* Norvegiam *eundi, cenſens temporis intervallo non multum diſcrepare iter fratris, nec ejus negotium peragi ante qvam ipſe regem conveniret; aſt ſpes eum fefellit, nam cum regem conveniret, pactum inter illum & comitem*

ſteinn & Dufniall; *horum mater erat* Bergliot, *cujus mater* Ragnhildis *Comitis* Pauli *filia.* Erlingus *nomen erat viro qvi in* Kataneſo *habitavit, huic filii qvatuor, ſinguli artibus bene imbuti.* Olaus *nomen erat viro* Gareksöæ *habitanti, qvi alteram villicationem* Dungulsbæi *in* Kataneſo *habebat; erat* Olaus, *vir admodum violentus, & magno honore a Comite* Paulo *habitus; Fœmina nomen erat* Asleifa, *qvæ claro etiam genere orta, magnitudinem præ ſe ferebat, filium habebebat* Walthiofum, *ſecundum* Sveinem, *tertium* Gunnium, *omnes artibus probe inſtructos; horum ſoror fuit* Ingigerda. Sigurdus *Comitis affinis* Thoram *Comitis* Magni *matrem uxorem habebat, horum filius* Hacon Karl; *Fuere ambo pater & filius clari magnates. Habitabat* Rinarsöæ *fœmina nomine* Ragna, *cujus filius* Thorſteinn, *magnitudinem oſtentavit.* Kugius *nomen erat colono, qvi in* Veſtureyia Gefsisneſi *habitabat, vir ſapiens & dives.* Helgius *nomen erat villico qvi in oppido qvod in* Veſtreya *eſt, habitabat.* Thorkell Fletta *in* Veſtreya *habitabat, protervus & arrogans, filii ejus* Thorſteinn & Haflidius *homines erant non populares. In* Svineya *ſinus* Petlandici *habitavit vir pauper, ejus filii* Asbiörn & Margadus *fortitudinem conſpicuam præ ſe ferebant. In* Fridaröa *vir nomine* Dagfinnus *ſedebat.* Thorſteinn *nomen erat viro qvi* Fluguneſum *in* Hroſsöa *incolebat, hujus filii erant* Tkorſteinn Krókauga & Blian, *homines protervi.* Jatvora *Comitis* Erlendi *filia* Knararſtadis *cum filio* Borgare *habitabat; hi populari favore admodum carebant.* Jon Wængur Upplandiæ *in* Háeia habitabant. Richardus Brekkis *in* Strömsöa; *erant non divites, &* Olai Hrolfi *filii cognati.* A. D.

 Grim-

A. D. menn oc frændr *Olafs Hrolfsſunar*; *Grimkell* het madr er bió á *Glettuneſi*; þeſſer menn aller koma vid ſöguna ſíþarr.

Frá Kala er ſíþan vard jarl.

K*olr* ſat at buum ſínum á *Ogdum* oc var allra manna vitraſtr, hann fór ecki til *Orkneyia*; *Kolr* var ſpekingr mikill; *Kali* ſon hans vox þar upp, oc var hinn efniligázti madr, medalmadr vexti, kominn vel á ſic, limadr manna bezt, liósjarpr á hárs lit, manna lítilaztr oc vinſælaztr, oc atgiörfis madr mikill; hann orti víſu þeſſa:

Tafl em ec aurr at efla,
íþrottir kann ec níu,
týne ec traulla runum,
tíd er bok oc ſmíþer,
ſkrída kann ec á ſkídum,
ſkýt ec oc ræ ſva at nýter,
hvart tveggia kann ec at higgia
harpſlátt oc bragþáttu.

Kali var jafnan med *Sölmunde* frænda ſínum, ſyne *Sigurdar Sneiſar*, hann var gialldkeri i *Tunsbergi* oc átti bú á *Auſtr-Ögþum*, hann var höfþinge oc hafdi ſveit mikla um ſic. (k)

Af

(k) þeir voru miök jafnalldra frændur, *cognati ætatis admodum æqvalis erant. add.* 325.

Grimkell *nomen erat viro* Glettuneſi *habitanti. Hi omnes* A. D.
infra in hiſtoria commemorandi.

De Kalio qvi deinde Comes evaſit.

Kolus *ſapientia præ aliis clarus*, Agdis *ſedens, res domeſticas adminiſtrabat & in* Orcades *ſe non conferebat.* Kalius *ipſius filius optimæ ſpei, ibidem adolevit, vir ſtatura juſta, corporis habitu conſpicuus, membris præ aliis concinnis, crinibus ſubfuſcis, humanitate, populari favore nec non corporis exercitiis inſignis; ſeqventem compoſuit cantilenam:*

In alea inſtauranda ſum alacer,
artes novem calleo,
vix dediſco caracteres Runicos,
freqvens eſt mihi liber & ars fabrilis,
xyloſoleis vehi poſſum,
jaculor & remigo ut ſit utile;
utrumqve, ni fallor, teneo
chitarizandi artem & rythmorum ſectiones.

Kallius *jugiter apud cognatum ſuum* Sölmundum Sigurdi Sneſii *filium commorabatur; Qvæſtor fuit* Tunsbergi, *&* Auſtur - Agdis *villicationem habuit, ingenti; e numero enim magnatum, cohorte ſtipatus.*

De

A. D.

Af Kali oc Gilla Kriſt.

Þá var *Kali* XV. vetra er hann fór med kaupmönnum veſtr til *Einglands* oc hafþi godann kaupeyri; þeir heldu til þeſs kaupſtadar er *Grimsbær* heiter, kom þar mikit fiölmenni bæþi af Noregi oc *Orkneyium*, af *Skotlandi* oc *Suþreyium*, þar fann *Kali* þann mann er nefndiz *Gilla Kríſtr*, hann ſpurdi margs af *Noregi* oc taladi fleſt vid *Kala* oc gerdiz þar felagſkapr; hann ſeger *Kala* i trunadi at hann het *Haralldr* oc var ſon *Magnus Berbeins*, enn (l) moder hans var i *Suþrey*, fretter hann þá *Kala*, hvorſu honom mundi fagnat i *Noregi* ef hann kæmi þar? *Kali* ſegir at honom þotti líkligr *Sigurdr* kongr til at fagna honom vel, ef ecki ſpillti adrer um. Þeir *Gilla-Kriſtr* oc *Kali* ſkiptuz giöfum vit at ſkilnadi oc het hvor öþrum ſinne vinattu fullkominne hvar ſem fundi þeirra bæri ſaman. (m)

Frá þeim Kala oc Jóne.

Epter þat fór *Kali* veſtan á hinu ſama ſkipi oc komu utan at *Ögdum* oc heldu þadan til *Biörgyniar*, þá qvad hann víſu:

Vær höfum vadnar leirur
vikr fimm megin grimmar,
ſaurs er ei vant þar er vorum
vidr i *Grimsbæ* midium

nu

(l) modur ætt hans var i Sudreyium, enn ſum á Irlande, *pars generis ejus materni in Sudreyis pars in Hibernia erat. add.* 325. (m) enn ecki ſagdi Gilli-Kriſtr þar fleirum trunat ſinn. *add.* 325. *non autem pluribus ſua ſecreta ibi confidit. add.* 325.

De Kalio & Gilla-Kriſt.

A. D.

Kalius *qvindecim annos natus erat cum mercatores occidentem verſus in* Angliam, *bonis inſtructus mercibus, comitaretur, in emporium qvod* Grimsbær *audit tendentes; huc ingens e* Norvegia, Orcadibus, Scotia & Hæbudis *confluxit multitudo. Convenit ibidem* Kalius *virum qvendam qvi* Gilla-Kriſtus *appellabatur; hic multa de* Norvegia *ſollicitabat, plurima cum* Kalio *conſerens, qvod crebro anſam præbuit conſortio; dixit* Kalio, *ſub fide ſilentii,* Haralldum *nominari filiumqve* Magni Nudipedis, *matrem vero in* Sudreya *eſſe. Interroganti, qvali gaudio ſi forte in* Norvegiam *veniret incolæ ipſum forent excepturi,* reſpondet Kalius, *veriſimilem videri Regem* Sigurdum, *qvo magis ipſum humaniter excipiat, modo alii non corrumperent.* Gilla-Kriſtus & Kalius *dona ante diſceſſum mutuabantur, plenam amicitiam, ubicunqve in futurum eos convenire contingeret, invicem promittentes.*

De Kalio & Jona.

Kalius *poſtea eadem nave revehitur;* Agdis *primum allapſi, inde* Bergas *tendunt. Cantilenam tunc proferebat.*

> *Pervaſimus loca argilloſa,*
> *qvinqve hebdomades admodum crudeles,*
> *non deeſt lutum ubi eramus*
> *manentes in medio* Grimsbæi.

U *Nunc*

A. D.

nu er þar mars af mýri
megen kátliga látum
branda elg á bylgior
Biörgyniar til dynia.

Enn er þeir komu til byiarins var þar fiölmenni mikit bædi nordan or landi oc ſunnann, oc fiölmenni mikit af ödrum löndum er þangat höfþu flutt gæzku mikla; gengu þeir ſkipveriar i ſkítninga at ſkemta ſer; *Kali* var ſkartzmadr mikill oc hafþi ſundrgerder miklar er hann var nýkominn af *Eingландi*, fanz honum þá mikit um ſic oc mörgum ödrum þvi at hann var godrar ættar oc ſealfr vel mentr, enn i þeſſum ſkítningi er hann drack var einn (k) madr er *Jon* het oc var *Peturſſon Serksſonar* or *Sogni*, hann var þá lendr madr; moder hans het *Helga* dotter *Háreks* af (l) *Sætrum*; *Jon* var áburdar madr mikill; *Unnr* het göfug husfreyia er gardinn átti þann er þeir drucku í, gerdiz þá med þeim *Joni* oc *Kala* felagſkapr oc ſkildu med kærleikum, for þá *Jon* heim til búa ſinna (m) enn *Kali* for auſtr á *Agder* til födr ſíns *Kols* oc var löngum med *Sölmunde* frænda ſínum, geck ſva fram nockr miſſeri at *Kali* var á ſumrum i kaupferdum enn heima á vetrum edr med *Sölmunde*.

Kali for i Dolls helli.

Þat var aitt ſumar at *Kali* hafþi farit veſtr til *Þrándheims*, hann lá vedrfaſtr i ey þeirre er *Dolls* heiter, i eyunne var hellir er kalladr var *Dollshellir*, var þar köllut ſevan, þeir kaup-

(k) göfugr madr ungr, *juvenis nobilis*. 325. (l) Sauxum. idem. (m) Sudr i Sogn. *add. idem.*

Nunc ita eſt; ex alto maris A. D.
admodum læti facimus
navem per fluctus
Bergas *repente deferri.*

Cum autem in oppidum venirent, ingens & de boreali & auſtrali regionis plaga, nec non exterranea, quæ lautam ad vexerat annonam, eodem multitudo confluerat. Nautæ joci ergo cauponas adeunt. Kalius, *nuper ex* Anglia *redux, ſplendidis admodum veſtibus uſus eſt, pompam affectavit, & ſe, cum multis aliis, extulit, ex clara enim erat familia, ipſeqve artibus probe inſtructus. In caupona autem ubi potabat, vir qvidam nomine* Jonas Petri *filius* Serkſonii *de* Sognia *Regis ſerdatarius erat, matri ejus nomen fuit* Helga Hareci *ex* Satira. Jonas *pompæ admodum deditus erat.* Unnur *nomen erat matri familias nobili, qvæ domicilium, in qvo potabant, poſſidebat. Coaluit tum inter* Kalium & Jonam *ſocialis amicitia, qva non violata, ab invicem diſceſſere,* Jona *domum ad prædia ſua redeunte,* Kalio *autem orientem verſus* Agdis *patrem conveniente.* Kalius *etiam apud cognatum ſuum* Sölmundum *morabatur. Proceſſit ita annos aliqvot ut* Kalius *æſtivo tempore mercaturæ vacaret, hyemali autem domi vel apud* Sölmundum *remaneret.*

Kalius antrum Dollii inviſit.

Kalius *forte aliqva æſtate occidentem verſus in* Thrandiam *profectus fuerat; in inſula qvæ* Dolls, *ibi autem antrum* Dollianum *audit, ubi vulgaris ſpes erat pecuniarum, adverſa tempeſtate*

 impe-

A. D. kaupmenn gengu til oc geingu i hellinn oc höfþu þar hitt et meſta torfære, komu at þar er vatn var um þverann hellinn, oc treyſtiz eingi yfer at leggia nema *Kali* oc madr er *Havardr* het huskarl *Sölmundar*, oc lögduz yfer vatnit oc höfþu ſnæri á medal ſín, *Kali* lagdiz oc hafþi elldſkídi i hende oc elldzvirki medal herda, komu á land, þar var hraunott oc ódaunan mikil, fengu þeir varla tendrat liöſit, þá ræddi *Kali* um at þeir munde ei lengra fara oc gerdu þar vördu til minnis; þá kvad *Kali* víſu:

Her hefi ec háſann reiſtann
hardgediodom varda,
Dolls i döckum helli,
draugs, leita ec ſva bauga,
ecki veit hve ýta
unnſkíþa ferr ſíþann
langa braut oc liota
leiþ yfer vatnit breida.

Eptir þat hurfu þeir aptr oc komu heilir til manna ſinna, oc er ecki getit um ferder þeirra at til tíþinda yrdi annat, oc er þeir koma til *Biörgyniar*, þá for *Kali* í ſaumu ſkíting til *Unnar* husfreyiu, þar var oc *Jon Peturſſon* oc heimamadr hans ſá er *Brynjolfr* het; mart var þar annarra manna, þótt her ſe æi nefnder.

Fra

impeditus detinebatur. Mercatores, itinere ſuſcepto, antrum A. D. *ingrediuntur, obviam ibi ſummam viæ difficultatem, ſtagnum nempe per transverſum antrum, offendentes, cujus transeundi periculo, præter* Kalium, *&* *virum nomine* Havardum, *qvi* Sölmundi *erat domeſticus, ſe exponere nemo eorum auſus eſt; hi, aqvæ ſe committentes, funem inter ſe retinebant.* Kalius *ingreſſus, ignita manu tenebat cremia, igniario in humeris collocato, locus, in qvem ſuperato ſtagno devenere, ſalebroſus erat & valde fœtidus, lumen accendere vix potuere; tum* Kalius *eos non longius progreſſuros fore aſſerit. In memoriam metam lapideam erigunt,* Kalio *interim ſeqventem ſtropham addente:*

Hic altam exſtruxi
Viris audacibus ſtruem lapideam,
Dolli *nigro in antro;*
manium ita qvero annulos (ɔ: *pecunias*),
incertum eſt qvis virorum
navibus eat exinde
longam ſemitam & fœdam
viam, per aqvam vaſtam.

Poſt hæc reverſi, ad ſuos incolumes redeunt, plura autem in itinere eorum memorabilia obtigiſſe non commemorantur. Cum Bergas *venirent,* Kalius *eandem, qvam prius, apud matronam* Unnuram, *cauponam petit. Erat ibi etiam* Jonas Petri *cum ipſius domeſtico, cui nomen* Brinjulfus. *Multi confluxerant illuc alii, qvamvis heic non nominentur.*

A. D.

Frá Hávardi oc Brynjolfi.

Þat var eitt kvelld er þeir *Jon* oc *Kali* voru geingner at ſofa, enn margir menn ſátu eptir oc drucku, var mart talat, menn voru druckner, oc kom þar at rætt var um mannjöfnut oc þat hverir göfgaztir væri lendra manna i *Noregi*, flutti *Brynjolfr* þat at *Jon Petrsſon* veri beſt mannadr oc ættborinn af hinum yngrum mönnum fyrer ſunnan *Stad*, enn *Hávardr* felagi *Kala* taladi til *Sölmundar* oc ſegir hann at eingu verr mentann enn *Jon* kalladi at *Vikveriar* mundi hann meira virda enn *Jon*, her af gerdiz deila mikil oc er ölit mælti med þeim, þá vard ecki betr ſtilt enn ſva at *Hávardr* liop upp oc feck tre eitt oc lýſtr þvi í höfut *Brynjulfi* ſva at hann fell i uvit, oc toku menn til hans, enn *Hávardi* var i brott ſkotit oc á fund *Kala* oc ſendi hann hann ſudr til *Alvidru*, til preſtz þeſs er *Rikgardr* het oc berr hönum ord mín til at hann taki vid þer þángat til er ec kem heim auſtr; *Kali* feck hönum mann til fylgdar oc róa þeir ſudr til *Græningiaſundz*, þá mælti *Hávardr* vid förunaut ſínn, nu erum ver komnir or hundahliódi oc manom vid nu (n) hlífa ockr oc leggiaz nidr til ſvefns. Nu er þá til at taka er *Brynjolfr* vitkadiz oc var hönom fylgt á fund *Jons*, oc ſegir hönom allann þenna atburd oc þat at manninum var i brott ſkotit; *Jon* gat ſtrax til *Hávardz*, oc let taka ródrar ſkutu oc voru þar á tíu menn, oc var *Brynjolfr* fyrer þeim, róa ſíþan ſudr þar til er þeir koma til *Græningiaſundz*, var þá lioſt af degi, þá ſá þeir att ſkíp lá fyrer þeim á fiörunne, oc má vera, ſeger *Brynjolfr*, at þeir kunni nockot at ſegia frá

(n) hvyla, *quieſcemus*. 101. 325.

De Havardo & Brinjulfo.

A. D.

Accidit veſpere qvodam, poſtqvam Jonas *&* Kalius *ſomno ſe dederant, multis potando adhuc conſidentibus, ut varia loqverentur, inebriati; eo tandem venit ut de virili comparatione, qvinam præfectorum in* Norvegia *nobiliſſimi æſtimandi eſſent, conſererent; contendit* Brinjulfus Jonam Petri *& artium & generis nobilitate reliqvos juniores viros e meridie* Stadii *antecellere;* Havardus *autem* Kalii *ſocius,* Sölmundum *allocutus, dicit ipſum* Jona *nullis artibus inferiorem, addens,* Vicenſes *eum* Jonæ *prælaturos; hinc contentionem ortam & ceреviciis promotam, impedire neqviverunt, unde* Havardus *repente ſurgens, fuſte arrepto, caput* Brinjulfi *tanto ictu percutit ut in animi deliqvium incideret, ab adſtantibus ſtatim erectus;* Havardus *autem cito ſubductus, ad* Kalium *mittitur, qvi eum auſtrum verſus Alvidram ad paſtorem nomine* Rikgardum *ablegat; Refer, inqvit* Kalius, *ipſi verba mea commendatitia, ut te donec domum venero excipiat.* Havardus *cum itineris duce, qvem ipſi tradebat* Kalius, *cum* Græningiaſund *usqve remigaſſent, Comitem ſuum his affatur; Canum jam latratum effugimus, unde qvieti ſomnoqve nos jam daturi deliteſcemus. Jam ad id redeundum, ubi* Brinjulfus *linqventem prius animum revocat, &, ad* Jonam *deductus, ipſi hunc caſum exponit, adjecto, reum & clanculum & repente ſubductum eſſe;* Jonas *ubi* Havardus *eſſet recte conjiciens, in aſſumtum phaſelum actuarium decem homines conſtituit,* Brinjulfo *ducem agente; hi auſtrum verſus, qvo usqve in* Græningiaſundum *primo diluculo devenere, remigantes, navem in littore ſibi obviam conſpiciunt; Fortasſis, ait* Brinjulfus, *aliqvid de* Havardo *ejusqve ſocio narrare*

qveant

A. D. frá þeim *Hávardi*, gengu þeir upp oc fundu þá, voru þeir *Hávardr* þá nývaknader; *Brynjolfr* berr þegar vopn á þá oc voru þeir þar vegner báder felagar, oc fóru nu med þeſſe tídende aptr til bíarins oc ſegir *Joni*, oc epter þetta viſſi allr bæiar lydrinn, *Kali* let ſer miöc misbodit í vígum þeſſum, oc er menn fóru i mille þeirra *Jóns*, ſegir *Jón* at at hann vill at *Kali* dæmi þat er hönom þotti ſer misbodit, þar ſkyldi fyrer utan kongs rettr oc ádilar máls, oc tóku þeir *Kali* þenna koſt, enn þó voru enger kærleikar med þeim þadan i frá; for *Kali* heim epter þenna atburd, oc er þeir fedgar finnaz, ſegir *Kali* fra tíþindum þeſſum oc mála lyktum; þá ſegir *Kolr*: undarliga þotti mer þer ſynaz er þu tokt nockora ſætt fyrr enn *Sölmundr* viſſi, þycki mer þu vant vid kominn oc mega lítinn lut i eiga nema leita um ſætter, oc ecki mundi *Sölmundr* ſva gera ef þinn huskarl veri drepinn (o); *Kali* ſvarar: þetta mun vera ſannmæli fader at ec mun hafa ſkiott álitit, oc vartu fiarri at kenna mer rádinn, mun þat opt ſýnaz at ec er ecke jafn diup (p) vitr ſem þu, enn ec hugſada at *Sölmundr* væri ecki ſínum ſóma at nær, þott ec neytta þeim at mer veri boþinn; kalla ec yckr *Sölmundi* ecki ſvívirþing í at hafa einſcöpun fyrer yckarn málalut ef hann býdr yckr, enn efe er mer á hvert til þarf at taka, enn vandalauſt kalla ec mer vid *Brynjolf* meþann ec hefer engum ummælum upplokit oc vit engu fe tekit; mart töludu þeir fedgar þar um, oc þotti ſinn veg hvarom þeirra, ſendu þeir ſíþan menn at ſegia *Sölmundi* þeſſe tídinde.

Frá

(o) oc hans ſkipveri, *ejusqve nauta.* 325. (p) æingi, *nemo. Flat.*

qveant. Exſcendunt, reperiuntqve nuper expergefactos, &, D. A.
Brinjulfo *ſtatim iis arma inferente, ſociorum utrumqve occidunt, in oppidum poſtea revertendo, qvæ geſta erant,* Brinjufo *exponunt; omnibus exinde oppidanis nota.* Kalium, *qvi his cædibus admodum lædi ſibi videbatur, &* Jonam, *cum aliqvi intercedent, ille qvæ contraria reputaret,* Kalii *arbitrio, jure majeſtatico nec non legitimis cauſæ actoribus exceptis, committit, conditionem acceptanti. Nulla autem amicitia exinde inter eos valuit. Poſt hæc* Kalius *domum delatus, patri caſum cauſæqve exitum narrat, cui* Kolus, *mirum, inqvit, mihi videtur, qvod ullam transactionem inſcio* Sölmundo *acceptares; videtur mihi tibi caute agendum, nec te niſi in transactione impetranda participare licere;* Sölmundus *ita non acturus foret ſi domeſticus ipſius occiſus fuiſſet. Reſpondet* Kalius: *pater! hoc verum erit, qvod ego celeriter nimis perpenderim; aſt procul eras qvi mihi conſilia ſuggereres; ſæpe erit, qvod ego non tam alte radicatæ qvam tu ſapientiæ videar, cogitabam autem* Sölmundum *ſuo honori non propiorem qvamvis ego mihi oblatum recuſarem; vobis,* Sölmundo *& tibi, non dedecus reputo, qvamvis cauſa â vobis perſeqvenda, veſtro, ſi offerat, committatur arbitrio, in dubium autem revoco num eo veniat; Verum a* Brinjulfo *pendere neqvaqvam mihi videor qvamdiu nec conditiones ullas propoſui nec pecuniam accepi. Conſerunt de his multa pater & filius, diverſo prorſus arbitrio, nuntios qvi* Sölmundo *nova referrent ablegantes.*

A. D.

Frá Jóni oc Sölmundi.

Eptir þat funduz þeir *Sölmundr* oc þeir fedgar, villdi *Kolr* at menn væri ſender til *Jons* at leita um ſætter, enn *Sölmundr* oc *Hallvardr* brodir *Hávardz* villdu ecke annat enn mannhefnder oc kalla ufallit at bidia ſátta, enn þó var þat ráda tekit ſem *Kolr* villdi med því moti at *Kolr* het at ſkilgiaz ecki fyrre vid þeſſi mál enn *Sölmundr* hefþi ſinn ſóma, ſkyldi oc *Kolr* öll rád fyrer gera; enn er ſendimenn komu aptr, ſegia þeir at þungliga var ſvarat þeirra málum, oc *Jon* ſyniadi þverliga at bæta þann mann er ádr hafþi til uhelgi ſer verkat; *Sölmundr* qvat þetta ecki fiarri fara getu ſinne at þat mun ecki til ſæmdar at biþia *Jon* til ſætta, bad nu *Kol* til leggia þau rád er dygdi; *Kolr* ſvarar; vill *Hávardr* ſic i nockora hættu leggia til hefnda eptir brodr ſinn, oc kann vera at þo verdi lítit framgengt; *Hallvardr* qvadz ſic ecki ſpara vilia til hefnda þott þat ſe nockor mannhætta; þá ſkaltu fara leyniliga nordr í *Sogn* til þeſs manz er *Uni* heitir, hann býr ſkamt frá *Joni*, hann er vitr madr oc nockut fevani, þvíat *Jón* hefer lengi þreingt koſti hans, hann er vin minn mikill oc nu hníginn nockut á alldr; hönum ſkaltu færa VI. merkr vegnar, er ec ſender hönum til þeſs at hann leggi rád til at þu komer hefndum fram vid *Bryniolf* edr annann heima mann *Jons* þann er hönum þicki ecki minna lát í, enn ef þetta verdr framgengt, þá ſkal *Uni* koma þer á *Studlu* til *Kyrpinga-Orms* frænda míns, oc ſuna hans *Ögmundar* oc *Erlings* oc þicki mer þá ſem þu ſert heim kominn, biþ *Una* ſíþan ſelia jörd ſína oc ráþiz til min; *Hallvardr* býzt til ferdar oc er frá hans ferd edr náttſtödum ecki at ſegia fyrr enn hann kemr

De Jona & Sölmundo.

A. D.

H*os poſtea* Sölmundo *conveniente; reconciliationem qvæſituros ad* Jonam *mitti vult* Kolius, *verum* Sölmundus *&* Hallvardus *frater* Havardi, *præter vindictam, cæde parandam, nihil admittunt, reconciliationem expetere inconveniens aſſerentes, id tamen conſilii qvod* Kolus *urgebat ea conditione captum eſt, ut ipſe huic cauſæ, priusqvam* Sölmundo *in honorem ſuccederet, ſe non defuturum promitteret, omnibus ad ipſius arbitrium inſtituendis. Reverſi autem legati, moleſta illorum negotio reſponſa dari, &* Jonam *hominis, qvi antea jus ſuum perdidiſſet, cædem reparare præfracte negaſſe referunt.* Sölmundus *hoc non procul a conjectura, nempe* Jonam *pacem poſcere decori nunqvam futurum aſſerens,* Kolum, *ut conſilia profutura adderet, rogat, cui ille reſpondet; num vult* Hallvardus *ſe, ad cædem fratris vindicandam, forſitan tamen parum proficiat, periculo cuidam exponere?* Hallvardus *ſe, qvamvis aliqvid ſubeſſet periculi, vindictæ non parciturum regerit. Ibis igitur, (ait* Kolus*) boream verſus in* Sogniam *& virum nomine* Unium *convenies, habitat iſte non procul a* Jona, *vir ſapiens & ex parte pauper,* Jonas *enim ipſius ſortem diu compreſſit, amore mihi jungitur arcto, ætate nunc aliqvantum provectus, afferes iſti ſex marcas ponderatas, qvas ipſi eum in finem mitto, ut det conſilium qvo magis aut a* Brinjulfo *aut alio* Jonæ *domeſtico, cujus jacturam non minus doleat, vindictam reportes. Qvod ſi hoc ſuccedat,* Uuius *te* Stydlam *ad cognatum meum* Kyrpinga-Ormum *& ipſius filios* Ögmundum *&* Erlingum *deduci curabit, ubi qvaſi domi te conſtitutum æſtimo; Rogabis* Unium *exinde ut prædium ſuum vendat & ad me migret;* Hallvardus *itineri ſe accingit, de qvo, aut loco in qvo pernoctaret,*

A. D. kemr einn dag at kveldi til *Una* oc nefndiz ecki ſínu nafni, þeir *Uni* ſpurduz almætra tíþinda, oc um kveldit er menn ſátu vid ellda, þá fretti geſtrinn miöc eptir tignum mönnum i *Sogni* oc *Hördalandi; Uni* ſagþi at þar þætti engi madr ríkari enn *Jon*, bædi fyrer ættarſaker oc enn ujafnadar oc ſpurþi ef þeir hefþi aungar rauner þeſs ſudr i landit; hann geſtrinn vard ſárr vid er hann mælti ſlíct, oc eptir þat drifu menn frá elldinum, ſva at þeir urdu tveir einer eptir; þá tok *Uni* til orda oc mælti; hvört nefndiz þu áþan *Hallvardr*; nei ſagþi geſtrinn, ec nefndunz (q) *Saxi* um kveldit; *Uni* mælti, af er þá minn vandi oc þat munda ec ætla ef ec heta *Bryniolfr* at þu heter *Hallvardr*, enn þó ſkulum vid nu ganga at ſofa; geſtrinn tok til hans oc mælti, ecki ſkulum ver enn gánga, ſelldi þá fram feſiodinn, oc ſegir at *Kolr* ſendi hönum ſilfr þat med kvediu ſinne til til þeſs at þu legder til med mer at ec kæma fram hefndum vid *Bryniolf* eptir *Hávard* brodr minn, oc ſegir hönum alt rád *Kols*; *Uni* mælti, makligr veri *Kolr* gods frá mer, enn æi má ec vita hvers af verdr audit um hefndina vid *Bryniolf*, enn híngat er hans von á morgin eptir klædum frillu ſinnar, oc nu fylger *Uni* hönum ut til hroſſa húſs er ſtod fyrer dyrum uti oc fal i etuſtalli, þat var fyrr enn menn ſtodu upp, enn inni hafþi hann legit um nottina. Þá er *Hallvardr* hafþi litla ríd verit i hroſshúſinu, þá ſá hann at fráligr madr var kominn á ſtadinn oc kallar at konan ſkyldi búa ſic; hun tok klædi ſín oc berr ut, þykkiz *Hallvardr* þá vita hverr vera mun, gengr þá ut; *Bryniolfr* hafþi þá af ſer lagit vapnin er hann batt klæþinn konunnar, oc þegar þeir finnaz höggr hann *Briniolf* bana högg, geck *Hallvardr* þá aptr i hroſſa huſit oc fal ſic

þar;

(q) Sár, *vulneratus.* 102. 333.

non referendum prius qvam diei cujuſdam veſpere ad Unium *perveniret, proprium ſibi nomen non indicans; hic &* Unius *de rebus novis pervulgatis invicem interrogant. Veſperi cum focis aſſiderent, hoſpes de viris nobilibus in* Sognia *&* Hördia *ſollicitat, cui* Unius Jonam *pro ditiſſimo, & propter generis nobilitatem & injuriam, ibidem haberi regerit, interrogans nonne auſtrum verſus in regione id qvadamtenus experti eſſent? Qvæ cum adderet, advena obticuit, unde adſtantes a foco recedebant, ita ut duo ſolum remanerent, tum* Unius *in talia prorupit; An, inqvit,* Hallvardus *pridem appellabaris? Non, ait hoſpes,* Saxium *veſperi me appellabam; regerit* Unius, *præteriit igitur mea cura, putarem, ſi mihi nomen* Brinjulfi, *tibi* Hallvardi *fore, attamen nunc dormitum ibimus; Advena illum retinens affatur, non, ait, adhuc ibimus, tradito ſtatim marſupio;* Kolus *argentum iſtud, cum ſalute ſua, tibi eum in finem miſit ut me juvares in ſumenda a* Brinjulfo *pro cæde fratris mei vindicta; integrum ſimul* Koli *conſilium exponit. Reſpondet* Unius; Kolus *ſane bonum a me promeruit, ſcire autem neqveo qvorſum vindicta contra* Brinjulfum *ſuccedat, cras autem, veſtes concubinæ ablaturus, huc ſperatur. Poſt hæc* Unius *eum in eqvile ante fores ſitum educit, & in ſtabulo, prius qvam domeſtici ſurgerent, abſcondit, intus autem per noctem recubaverat.* Hallvardus *ubi pauliſper in eqvili delituerat, videt virum vegetum &, ut fæmina ſe pararet, vociferantem, in prædium veniſſe. Effert veſtes aſſumtas fœmina unde* Hallvardus *qvinam eſſet advena ſcire videtur, ſtatimqve egreditur.* Brinjulfus, *cum veſtes fœminæ colligaret, arma depoſuerat, cui qvam cito conveniunt, mortiferum vulnus ictu infligit* Hallvardus, *qvo facto, latiturus, in eqvile revertitur; dum cædes patrata erat, fœmina dome-* A. D.

 ſticos

A. D. medan vígit var vegit hafþi konan gengit at minnaz vid heimamenn, oc er hun kom ut, ſá hun verks ummerki oc lióp inn med kalli oc felmti, ſva miöc at henni hellt vid uvit oc ſagþi þó tiþindin; *Uni* bondi liop ut oc ſagþi at geſtrinn mundi verit hafa flugumadr, oc ſendi þegar menn *Joni* at ſegia tíþindinn, oc eggiar ſem meſt at leita eptír manninum, oc fyrer þat grunadi engi madr *Una* um þeſſi rád; *Hallvardr* var i roſſá huſinu þar til er af leid hin meſta leitinn, enn eptir þat for hann med rádi *Una* þar til er hann kom á *Studlu* til *Orms* oc ſono hans, þeir fengu hönum föruneyti heim auſtr, toku þeir *Kolr* oc (r) *Sölmundr* vel vid hönum oc undu þeir nu vel ſínum lut. Nu ſpyriaz þeſſi tíþinde vída, verda menn nu viſſer ens ſanna; líkar *Joni* allþúngt; líþa nu ſva þau miſſeri, oc annann vetr er addró *Jolum* bioz *Jon* heiman med XXX. manna, oc brá á þat at fara (s) á kynnisleit til *Olafs* modrbrodr ſins, oc ſva gerþi hann oc feck þar godar vidtökr, ſegir *Jon* at hann ætlar þaþan auſtr á *Agder* á fund *Sölmundar*; *Olafr* latti þeſs, ſegir at ecki lá hans lutr under þott þeir ſkildi ſva búner; *Jon* letz þvi ecki una at *Bryniolfs* veri uhefnt; *Olafr* letz ætla at lítt mundi hans lutr batna vid þott hann leitadi epter, enn þó hafþi hann þaþan XXX. manna, oc for med halfu hundradi liþs auſtr hit efra oc villdi koma á uvart þeim *Sölmundi* oc *Koli*: enn er *Jon* var nýfarinn heimann bráz *Uni* vid ſkiótt oc for ſudr á *Studlu* til þeirra *Orms*, oc fengu þeir hönum föruneyti ſudr til *Kols* oc kom hann þár at *Jolum* oc ſegir at *Jon* var i atför vid þá; *Kolr* gerþi þegar nioſn allavega þangat ſem *Jons* var at van; hann for þegar til motz vid *Sölmund* oc ſátu þeir frændr med fiölmenni; þeim kom nioſn um farer

(r) Kali. 101. 333. *manu Torfæi Sölmundr* 102. (s) Sætur til Háreks. *in Sætra Harecum.* 325.

ſticos ſalutatum diſceſſerat, egreſſa autem facinoris veſtigia A. D. *animadvertens, tanto clamore & ſtupore recurrit, ut animi deliqvio eſſet proxima, rem tamen novam manifeſtaret. Excurrit herus* Unius, *advenam profecto ſicarium fuiſſe aſſerit, miſſis ſtatim qvi* Jonæ *nova referrent, & ut homicidam qværant qvam maxime hortatur, unde nemo ipſum hujus conſilii reum ſuſpicatur.* Havardus *in eqvili, donec a qværendo fere deſtiterant latitat, poſtea autem ſvaſu* Unii *diſcedens, donec* Studlis Ormum *cum filiis conveniret, qvi ſocios illum orientem verſus domum usqve comitaturos tradunt.* Kalius & Sölmundus *humaniter eum excipiunt, ſua re jam contenti. Qvæ geſta erant in famam & certitudinem veri abeunt vulgarem a* Jona *ægre admodum lata. Transeunt ita duo ſemeſtria, ſeqvens autem hyems, cum ad feſtum Julenſe declinaret,* Jonas *domo, triginta viris ſtipatus, itineri ſe accingit, ſimulans ſe avunculum* Olaum *inviſurum, qvod etiam facit, laute ibidem exceptus; patefacit hic ſe orientem verſus in* Agdas Sölmundum *petiturum;* Olaus *hoc iter dehortatur, ejus rem, qvamvis in ſtatu præſenti lis finiretur, non inferiorem eſſe* contendens. Jonas Brinjulfum *inultum eſſe acqvieſcere recuſat;* Olaus *ipſius rem non meliorem reddi, qvamvis perſeqveretur, æſtimat. Triginta nihilo ſecius inde comitibus aſſumtis, ſexaginta militibus ſtipatus, orientem verſus per loca ſuperiora iter dirigit, ex improviſo* Sölmundum & Kalium *ſuperventurus. Cæterum ubi* Jonas *domo nuper ierat,* Unius *confeſtim* Ormum *cum ſuis* Studlis *petit, ubi ſociis auctus, ad* Kolum *auſtrum verſus circa feſtum Julenſe pervenit,* Jonam *illos invaſurum eſſe declarans.* Kolus *ſtatim ſpeculatores undiqvaqve ſpes erat adventus* Jonæ *emittit, & ad* Sölmundum, *eum auxiliandi animo, ſe confert,*

A. D. farer *Jons* oc gerþu þegar i mot hönom, var fundr þeirra vid ſkóg nockorn, ſlær þar þegar í bardagá, var *Kolr* miklu lidfleiri oc höfþu ſigr, enn *Jon* let marga menn oc flýdi ſiþan á ſkoginn; hann vard ſár á fæti, oc grere þat ſár ſva illa at hann var jafnan halltr ſíþan oc kalladr *Jon Fotr*; hann kom heim nordr á lánga föſtu, oc þotti hans ferd helldr hædilig. Nu leid vetr þeſſi, enn um ſumarit eptir let *Jon* drepa tvo frændr *Kols*, *Gunnar* oc *Aſlak*.

Sættir Orkneyinga

1129 Litlu ſíþarr kom *Sigrþr* kongr til bæiarins, oc voro þá kærd fyrer hönum þeſſi vandkvædi; eptir þetta gerir kongr ord hvarom tveggiom oc ſtefnde til ſín, komu þeir þá til kongs med frændr ſína oc vini, var þá leitat um ſættir; kom því ſva at kongs dómr ſkylldi vera á öllum málum oc gengu hvarer til feſtu vid adra; *Sigrþr* kongr gerdi þá ſætt þeirra, med rádi hinna vitruztu manna, var þat bundit i ſætt þeirra at *Jon Petrſon* ſkyldi fá *Ingiridar Kols* dottr, ſkyldi þá takaz vinatta med teingdum; Víg felluz i fadma; Atför vid þá *Kol* oc ſár *Jons* var líkat vid mannalát auſtr þar, enn ſárum var ſamanjafnat, enn bættr ſkacki; ſkyldu hvorer ödrum liþ veita innanlandz oc utan; Þat fylgdi oc ſætt þeſſi at *Sigrþr* kongr gaf *Kala Kolsſyni Orkneyiar* halfar vid *Pál* iarl *Hakonarſon* oc *jarlsnafn* medr; hann gaf hönum nafn *Rögnvalldz* iarls *Bruſaſonar*, því at *Gunnhilldr* modir hans ſegir *Rögnvalld* verit hafa giörfiligaztnn allra iarla i *Orkneyium*, oc þotti þat heilla vænt; þenna lut *Orkneyia* hafþi

átt

fert, hinc cognati freqventes, de itinere Jonæ *certi, celeriter* A. D.
ipſi obviam eunt, & cum ipſo, apud ſylvam qvandam obvio, ſtatim congrediuntur. Cognati militibus longe ſuperiores victoriam reportant, Jonas *autem, multis deſideratis, in ſylvam aufugit, in pede vulnere accepto, qvod adeo ægre ſanabatur, ut perpetuo exinde claudus,* Jonas Pes *cognominaretur. Iter ipſius, tempore jejunii novem hebdomadum domum reducis, valde ridendum videbatur; præterit hyems iſta, verum inſeqvente æſtate* Jonas *duos* Koli *cognatos* Gunnarem *&* Aslacum *occidi curat.*

Reconciliatio Orcadenſium.

R*egi* Sigurdo, *paulo poſt in oppidum venienti, has neceſſitates* 1129
qveruntur, unde partem utramqve per nuntium ad ſe citat, regi cum cognatis & amicis ſiſtunt; impetrandæ interim transactioni opera data, eo venit, ut regis arbitrio totius cauſæ deciſio committeretur, utraqve parte in id, fide manu data, conſentiente. Hinc Rex Sigurdus *inter eos, virorum cordatiſſimorum conſilio, transigit, in qvo conventu conditio adjecta eſt, ut* Jonas Petri Ingigerdam Koli *filiam uxorem ducat, amicitia ab affinitate inchoanda cenſetur, aggreſſio* Kolo *parata & vulnus* Jonæ *inflictum cædibus ibi orientem verſus æqvivalerent, vulnera autem æqviparabantur, pro diſcrimine reſtaurata. Alter alteri & peregre & domi opitularetur; adjectum eſt etiam transactioni, ut Rex* Sigurdus Kalio Koli *filio dimidias* Orcades, *qvoad Comiti* Paulo *non paruere, cum Comitis titulo, donaret; dedit ei etiam nomen Comitis* Rögnvalldi Bruſii *filii, ipſius enim mater* Gunnhilldis Rögnvalldum *omnium in* Orcadibus *Comitum præſtantiſſimum fuiſſe dicebat, unde nomen fortunam pro-*

 mittere

A. D. átt *Magnus* iarl módrbróder *Kala*. Eptir ſætt þeſſa ſkildu þeir med kærleikum (t) er ádr voro fiandmenn.

Andlat Sigrþar Kongs.

1130 Þenna vetr ſitr *Sigrþr* Kongr auſtr i *Oſlo*, enn um vorit á langaföſtu tok hann ſott oc andadiz einni nott eptir Mariumeſſo, þá var *Magnus* ſon hans þar i bænum oc átti þar þing oc var til Kongs tekinn um allt landit epter þvi ſem menn höfþu ſvarit *Sigrþi* kongi; hann tók allar kongligar fehirdzlr í ſitt valld.

Haralldr Gilli var þá i *Tunsbergi* er hann frétti lát *Sigrþar* Kongs, þá hafdi hann ſtefnr vid vine ſina, ſendi hann þá eptir þeim *Rögnvalldi* fedgum, þvi at hann hafþi verit jafnan vin hans ſíþan þeir funduz i *Einglandi*; þeir fedgar höfþu oc meſt til leidar komit um ſkírſlu *Haralldz* vid *Sigrþ* kong med fulltíngi margra lendra manna, *Ingimars Sveinsſonar* oc (u) *Þioſtolfs Alaſonar*, var þat rád þeirra *Haralldz* (v) at eiga *Haugaþíng* þar i *Tunsbergi*, var þar *Haralldr* til kongs tekinn yfer hálft land, voru þat kallader naudungar eidar er hann hafþi ſvarit födrleifd ſína ſer af hendi ádr hann nædi ſkírslunum; drifu þá menn til hans oc gerduz hönum handgengner oc vard hann all fiölmennr, þá foru ord á millum þeirra *Magnus* kongs oc ſtód ſva fiora vetr ádr enn ſættum yrdi ákomit med því at hálft land ſkyldi hafa hvarr vid annann, enn *Magnus* kongr hafþi lángſkip oc bordbúnat oc fehirdſlr allar, oc undi hann þó verr ſínum lut; hann fiandſkapadiz á alla vine *Haralldz* kongs; *Magnus* kongr villdi

(t) *omittit.* 333. (u) Þiorolfs. 333. (v) oc höfþingia, & *magnatum.* 333.

mittere credebatur. Poſt hunc conventum, qvi antea inimici A. D.
fuerant, amici ab invicem diſcedebant.

Mors Regis Sigurdi.

R*eſidet hac hyeme* Sigurdus *Rex orientem verſus* Oſloæ, 1130
inſeqvente autem vere, morbo correptus, una nocte poſt feſtum Mariæ *mortuus eſt; tum ejus filius* Magnus *in oppido ibidem manens, concione convocata, per totam regionem, uti regi* Sigurdo *incolæ juraverant, Rex conſtituitur, omnia æraria regia aſſumens.*

Haralldr Gillius Tunsbergis *erat, cum mortem Regis* Sigurdi *audiret, hinc amicos convocat &* Rögnvalldum *cum patre per legatos arceſſit, ſemper enim a qvo in* Anglia *convenerant, ipſius fuerat amicus, & ipſe nec non pater maximum promoverat* juramentum purgatorium Haralldi *coram Rege* Sigurdo, *multorum ſatraparum ope,* Ingimaris Svenonis & Thioſtolfi Alii *filiorum. Horum cum* Haralldo *conſilium erat ut* Haugis Tunsbergarum *conventus haberetur, ubi* Haralldus *dimidii regni rex pronunciatur. Juramenta appellabantur coacta qvibus patrimonium genere ſuo nondum probato, impetraret abdicaverat; hinc incolæ ad eum confluxere ipſiqve miniſtrarunt, ita ut multitudine ſtiparetur; legatis poſtea eum & regem* Magnum *intercedentibus, qvatuor hyemes exeunt, priusqvam ea conditione transigeretur ut qvivis dimidium regnum retineret; verum Rex* Magnus, *naves longas, menſarum apparatum, & ſingula æraria habebat, ſortem ſuam attamen ut multo pejorem ægre ferens & omnes amicos regis* Haralldi *hoſtiliter infeſtans. Rex* Magnus *donationem qva Rex* Sigurdus

A. D. villdi ecki halldaz láta giöf þá er *Sigrþr* kongr gaf *Raugnvalldi Orkneyiar* oc iarldom, því at hann fylgdi faſtaz málum *Haralldſ* kongs ádr lauk ſkiptum þeirra öllum. Þeir *Magnus* oc *Haralldr* voru þriá vetr Kongar yfir *Noregi* ſva
1134 at hellzt ſætt þeirra at kalla, enn hit fiorda ſumar börduz þeir á (x) *Fyrileif*, þá hafþi *Magnus* kongr nær LX. hundrúd manna enn *Haralldr* XV. hundrud manna. Þeſſer voru höfþíngiar med *Haralllde* konge; *Kriſtrodr* broder hans, *Raugnvalldr* iarl, *Ingimarr* af *Aſki*, *Þioſtolfr Alaſon* oc *Sölmundr*. *Magnus* kongr feck ſigr, enn *Haralldr* flýdi; þar fell *Kriſtrodr* oc *Ingimar*, hann qvad víſu þeſſa:

Flaugþ hauttu mic
til (y) *Fyrileifar*,
æ (z) var ec úfuſs
til orroſto,
mic bitu örfar
af álmboga,
mun ec aldrigi
á Aſk koma

Háralldr kongr flýdi auſtr í *Vík* til ſkípa ſinna oc fór ſudr til *Danmerkr* á fund *Eiriks* kongs *Eymuna*, hann veitti hönum *Halland* til yferferdar oc langſkip átta reidalaus; *Þioſtolfr Alaſon* ſelldi iarder ſínar til ſkipa oc vopna, oc ſotti *Haralld* kong til *Danmerkr* um hauſtit. Haralldr kongr kom at Jolum til *Biörgyniar* oc lá i *Floruvogum* um Jolin, leggia þeir til bearins, vard þar lítil vidrtaka, vard *Magnus* kongr

(x) Fytileif 102. 333. (y) fyrri 101. 102. (z) em, *ſum.* 101. 102.
(a) Öſtaauþr. 356.

Orcades *cum comitatu conceſſerat* Rögnvalldo, *valere noluit*, A. D.
ille enim a partibus regis Haralldi, *anteqvam eorum commercia prorſus finirentur*, *firmiſſime ſtetit.* Magnus *&* Hallvardus *tres hyemes*, *durante adhuc verbo tenus concordia*, Norvegiam *regebant*, *æſtate autem qvarta in* Firileif *conflixere*, *habebat* 1134
tum Rex Magnus *militum fere ſexaginta millia*, Haralldus *autem qvindecies centum. Comitabantur hi magnates regem* Haralldum; Kriſtrodus *ipſius frater*, *Comes* Rögnvalldus, Ingimar *de* Aſko, Thioſtulfus Alii, *&* Sölmundus. *Rex* Magnus *victoriam*, *fuſo* Haralldo, *reportavit. Cecidit ibi* Kriſtrodus *nec non* Ingimar, *ſeqventis cantilenæ autor.*

Gigantes me incitarunt
ut Fyrileif *peterem;*
nunqvam eram pronus
ad pugnandum.
Me mordebant tela
ex arcu,
futurum eſt me nunqvam
Aſkum *venire.*

Rex Haralldus *orientem verſus naves ſuas in* Vica *fuga qværebat & auſtrum verſus in* Daniam *delatus*, *regem* Ericum Eymunium *convenit; hic in eum* Hallandiæ *præfecturam*, *cum octo ſine inſtrumentis navibus*, *contulit.* Thioſtulfus Alii *prædiorum venditorum pretio naves & arma comparavit*, *& autumno regem* Haralldum *e* Dania *reduxit.* Haralldus *circa feſtum Julenſe* Bergas *devenit & idem in* Floruvogis *ad anchoras transegit. Poſt Julia urbem navibus adoriuntur perparum reſiſtentem.*

 Rex

A. D. 1135 kongr handtekinn á ſkipi ſínu oc meiddr, enn *Haralldr* kongr tok under ſic land allt, enn um vorit eptir endrnýiadi *Haralldr* kongr giöfina vid *Raugnvalld* um eyiar oc iarlsnafn.

Af rádum Kols.

Þat rád gerþi *Kolr* at ſenda menn til *Orkneyia* oc beida *Pál* iarl at hann gæfi upp hálfar *Orkneyiar* ſem *Haralldr* kongr hafþi gefit *Raugnvalldi*, ſkyldi þá oc takaz vinatta med þeim oc heil frændſemi, enn ef *Páll* iarl varnadi þeſs, þá ſkyldi þeſſir menn ener ſömu fara á fund *Frákarkar* oc *Aulvers Roſtu* oc bioda hónum helming landa vid *Raugnvalld* iarl ef þau villdu ſækia med hernaþi af *Páli* iarle, enn er þeſſer komu til *Okrneyia* á fund *Páls* iarls oc baru fram ſín erinde, þá ſegir *Páll* jall: ſkil ec tilkall þetta, at þat er efnat med rádi oc langri underhyggiu, þeir ſóttu at þeſſu *Noregs* konunga at hafa ríki undann mer. Nu vil ec æi því launa ótrunat at gefa ríki mitt þeim manni er ecki er nær kominn enn *Raugnvalldr*, enn varna brodrſyne mínum eda ſyſtrſyne, þarf her ecki lángt um at tala, því at ec man veria *Orkneyiar* med ſtyrk vina minna oc frænda medan Gud ann mer líſs; ſá þá ſendimenn ſitt erinde hvort þangat mundi vera, fara þeir á brott oc ſuþr á *Petlandzfiörd* til *Katanes*, oc ſva ſuþr i land á fund *Frákarkar* oc bera þar upp erinde ſin, at þeir *Kolr* oc *Raugnvalldr* iarl bioþa þeim *Aulſi* hálfar eyiar ef þau vilia vinna af *Páli* iarle; *Frákaurk* ſvarar: ſatt er þat at *Kolr* er ſpekingr mikill, oc vítrlega er þetta ſet at leita híngat afla, því at ver höfum frændafla mikinn oc marga teingdamenn

Rex Magnus *in nave ſua captus & læſus eſt, Rex vero* Harall- A. D.
dus *totum regnum occupavit, inſeqvente autem vere in* Rögn- 1135
valldum *dono collatam* Orcadum *præfecturam cum Comitis titulo confirmavit.*

De Conſiliis Kolii.

Kolus *conſilium cepit, ut miſſis in* Orcades *legatis, Comitem* Paulum *poſceret ut dimidias inſulas, qvas* Rögnvalldo *conceſſerat Rex* Haralldus *dederet, & eo mode amicitia, cum integra conſangvinitate inter eos inciperet. Si autem Comes* Paulus *detrectaret, peterent iidem legati* Fraukarkam & Aulverem Roſtam, *ac dimidium cum Comite* Rögnvalldo *inſularum, modo a* Paulo *armis exigere vellent, offerent. Cum autem in* Orcades *delati comitem* Paulum *convenirent, ſuumqve negotium proferrent, reſpondet ille; intelligo, ait, poſtulatum conſilio diuturnaqve aſtutia inſtitutum eſſe; convenere de hoc reges* Norvegiæ *ut regno me privarent; nunc iſtam fidelitatem ita retribuere nolo, ut regnum ulli, qvi non potiori, qvam* Rögnvalldus, *gaudet jure, cedam, ex fratre autem vel ſorore nepotem arceam; non longo de his ſermone opus eſt,* Orcades *enim amicorum & cognatorum auxilio, donec Deus vitam mihi concedit, defendam, hinc legati negotii exitum prævidentes, diſcedunt, & auſtrum verſus in ſinum* Petlandicum *ad* Kataneſum *deveniunt, inde in auſtrali regione* Frakarkam *conveniunt & ipſi negotia exponunt,* Kolum *nempe & Comitem* Rögnvalldum *dimidiam ditionem, modo a* Paulo *vindicare vellent, iis offere. His reſpondet* Frakarka, *verum eſt qvod* Kolus *vir ſit valde ſapiens, prudenter qvoqve præviſum hic auxilium qværere, cognatorum*

D. A. damenn, ec hefer nu gipta *Margretu Hákonar* dottr *Moddadi* iarli af *Atjöklum* er göfagztr er at ættum allra *Skota* höfþingia, (b) *Melkolmr* fader hans er broder *Melkolfs* Skota kongs, födr *Davids*, er nu er *Skota* kongr, höfum ver oc miöc mörg ſannlig tilkaull til ríkis i *Orkneyium*, enn erum ſialf nockorer rádamenn oc köllut nockut diupvitr; kemr oſs oc ecki allt á uvart i ufridum, enn þo þicke mer gott at eiga felag vid þá fedga fyrer margra luta ſaker, ſkulu þer þau mín ord ſegia þeim fedgum at ver *Ölfer* manom koma til *Orkneyia* annat ſumar at midíu ſumri med her a hendr *Páli* iarli, komi *Raugnvalldr* iarl þá til motz vid oſs oc láti þa deila um ſtafn vid *Pál* iarl, enn ec mun i vetr draga at mer liþ af *Skotlandi* oc *Suþreyium* af frændum vinum oc mágum; foru nu ſendimenn auſtr til *Noregs* oc ſegia ſva buit þeim fedgum. Þenna vetr eptir býzt *Raugvalldr* iarl til veſtrfarar oc þeſſer höfþingiar med hönum *Sölmundr* oc *Jon*, þeir foru um ſumarit eptir, oc höfþu frítt liþ oc ecki mikit, V. ſkip eda VI; þeir komu til *Hialtlandz* at midiu ſumri oc frettu ecki til *Frákarkar*, þá lögþuz at andvidri ſtór, þá lögþu þeir ſkipum ſínum i *Alaſund*, enn foru at veizlum um landit oc fögnudu bændr hönum vel; enn þat er at ſegia frá *Frákaurk* at hun fer um vorit i *Sudrey* oc eflaz þau *Aulver* þaþan at liþi oc ſkipum, þau fengu (c) XII. ſkip, oc öll ſmá oc helldr lítt ſkiput, oc nær midiu ſumre helldu þau til *Orkneyia*, oc ætla til mótz vid *Raugnvalld* iarl, ſem mælt var, oc byriadi þeim helldr ſeint, þar var *Aulver Roſta* höfþingi fyrer því liþi oc var hönom ætlaþr iarldómr i *Orkneyium*, ef þau fengi, þar var *Frákaurk* i för oc mart hennar ſkuldaliþ.

Bar-

(b) *Melmare*. 325. (c XI. 101. 325.

natorum enim & affinum numero valemus; nunc nuptum dedi A. D.
Margaretam Haconis *filiam Comiti* Moddado *de* Atjöklis, *qvi* 1135
qvoad genus omnibus Scotorum *magnatibus nobilior eſt;* Melkolfus, *ipſius pater*, *frater eſt* Melkolfi, Scotorum *Regis*, *patris* Davidis, *qvi nunc* Scotiæ *rex eſt; nobis autem ipſis poteſtas qvædam eſt*, *profunda etiam attribuitur ſapientia; Non omnes hoſtilitates nos ex inſperato ſuperveniunt; trahunt me tamen multa cum patre & filio in conſortium; referatis illi mea verba*, *me nempe &* Aulferem *circa medium proximæ æſtatis cum exercitu contra Comitem* Paulum *venturos in* Orcadas, *ſi comes* Raugnvalldus *tunc ad nos veniat*, *& cum Comite* Paulo *prælium gerat. Ego autem per hyemem exercitum ex* Scotia & Hæbudis *a cognatis*, *amicis & affinibus ad me contraham. Hæc orientem verſus in* Norvegiam *reverſi legati*, *ut ſe habebant*, *patri & filio annunciant. Comes* Raugnvalldus *cum magnatibus* Sölmundo & Jona *ad iter occidentem verſus ſe parat & conſpicuo*, *non autem numeroſo exercitu*, *navibus nempe qvinqve vel ſex ſtipatur. Allapſi media æſtate ad* Hialtlandiam, *nihil de* 1136
Frakarka *audiunt*, *unde ventis contrariis impediti naves in* Alaſundum *appellunt & per regionem convivia freqventant*, *ab incolis cum gaudio excepti. Referendum autem de* Frakarka, *eam*, *vere in* Hæbudas *delatam*, *militum nec non navium numerum cum* Aulvero *auxiſſe; duodecim naves*, *exiguas omnes & haud ſufficienter inſtructas obtinuere. Prope mediam æſtatem*, Rögnvalldum, *ut promiſſum erat*, *auxiliandi animo*, *in* Orcades *tendunt*, *ventis non prorſus ſecundis.* Aulfer Roſta *hujus exercitus ducem agebat*, *cui ſi victores evaderent*, *Comitatus in* Orcadibus *deſtinabatur; erat etiam ibidem* Frakaurk *cum multis ſuis neceſſariis.*

A. D. 1136

Bardage Páls jarls oc Ölvers.

Þá var *Páll* iarl i *Hrolfsey* á *Veſtneſi* at *Sigrþar* á veizlu, oc er hann ſpurdi at *Rögnvalldr* iarl var kominn til *Hialtlandz*, þá var oc ſpurt at herr ſafnadiz or *Suþrey* á hendr hönum, giördi jall þá ord *Kuga* í *Veſtrey* oc *Þorkatli Fletti*, þeir voru vitrer menn, oc mörgum ödrum gæþingm ſtefndi hann til ſín; á þeſſari ſtefnu leitadi *Páll* iarl ráþa vid vine ſína, enn þat ſyndiz ecki öllum einn veg, ſumer villdu láta midla ríki vid adra hvora, oc hafa ecki hvaro tveggio i moti ſer, enn ſumer redu at iarl færi yfer á *Nes* til vina ſinna oc vita hvern afla hann fengi þar; *Páll* iarl ſvarar; ecki vil ec nu bioda þeim ríki mitt er ec ſyniadi þá þverliga þá er þeir leitudu vel eptir, þicki mer oc uhöfþingligt at flyia land mitt at öllu óreindu, vil ec þat rád taka at ſenda menn i nott at ſafna liþi um allar eyiar, förum ſíþan i mot þeim *Raugnvalldi* iarli oc látum ſíþan ſverfa til ſtáls med oſs, ádr *Suþreyingar* komi; var þat rád haft ſem *Páll* iarl villdi. Sá madr var þá med *Pale* iarle er *Sveinn* het oc var kalladr *Brioſtreip*, hann var hirdmadr iarls oc metinn mikils af hönum; hann var jafnan i víkingum um ſumrum, enn á vetrum med iarli; *Sveinn* var mikill madr vexti oc ſterkr, (d) ſvartr oc uhamingiuſamligr, hann var forn miöc oc hafþi iafnann uti ſetit, hann var ſtafnbúi iarls; þeſſer höfþingiar komu þegar um nottina til *Páls* iarls; *Eivindr Melbrigdaſon* oc hafdi ſkip alſkipat, annat hafþi *Olafr* (e) *Rólfsſon* or *Gáreksey*, þridia hafþi *Þorkell* (f) *Fletter*; fiorda *Sigrþr* (g); et fimta hafþi iarl; þeſſum V. ſkipum

(d) ſvartr. *om Flat.* (e) Ulfsſon. 101. 102. 333. Háreksſon 325.
(f) Flatr. 325. (g) þar buandi, *ibi habitans.* 325.

Prælium Comitis Pauli cum Aulfere.

A. D. 1136

Comes Paulus *in* Hrolfſeia Veſtneſi *apud* Sigurdum *convivio intererat, cum Comitem* Rögnvalldum *in* Hialtlandiam *deveniſſe inaudiret; Auditum eſt inſimul exercitum ipſum aggreſſurum ex* Hæbudis *collectum adveniſſe, hinc Comes* Kugio *in* Veſtreyia *&* Thorkatlo Flettio, *qvi viri erant ſapientes, nuncium mittit & multos alios optimates ad ſe arceſſit. In horum conventu* Paulus *ab amicis conſilium qværit, verum non omnibus eadem videbantur, alii cum alterutro, ne uterqve hoſtis maneret, regnum dividi voluere, alii autem ſvaſere, ut in* Neſum, *experturus qvid inde auxilii reportaret,* Comes *trajiceret. Regerit his Comes* Paulus, *nunc iis Regnum meum, qvibus, cum pacate expetebant, præfracte denegavi, ſponte offere nolo; videtur mihi etiam magnificentiæ incongruum, omnibus inexpertis, regionem meam fuga deſerere; capiam conſilium mittendi nocte hac per omnes inſulas exercitum collecturos;* Rögnvalldo *exinde obviam ibimus, cum ipſo anteqvam veniunt* Hæbudenſes *ultima tentaturi. Id qvod voluit Comes, conſilium captum eſt. Comitabatur tum Comitem* Paulum *vir nomine* Sveinn, *cognomine* Brioſtreip, *Comitis ſatelles & ab ipſo honore habitus; piraticæ qvavis æſtate vacabat, hyemibus apud Comitem transactis; fuit iſte ſtatura ingens, robuſtus, niger, & infortunatus, magiam admodum exercuerat & necromantiæ diu operam dederat; comitis proreta erat. Veniunt ſtatim ad comitem* Paulum *eadem nocte magnates,* Eyvindus Melbrigdi *filius in navi omni ex parte inſtructa; ſecundam navem* Olaus Rolfi *de* Gareksey; *tertiam* Thorkell Fleettir; *qvartam* Sigurdus, *qvintam ipſe Co-*

 mes

A. D. 1166 þum helldu þeir til (h) *Hrolfseyiar* oc komu þar (i) um aptan um ſolar ſetr, drózt þá liþ til hans um nottina, enn ſkipin fenguz ecki fleiri; þeir ætludu um daginn epter at ſigla til *Hialtlandz* i moti þeim *Raugnvalldi* iarli, enn um morguninn er ſol var ſkamt farin, komu þeir menn til *Páls* iarls er ſeet kvoduz hafa fara lángſkip ſunnan af *Petlandz* fyrdi, kvoduz æi vita hvort er voru XII. edr X. þeir iarl þottuz vita at þar mundi fara herr *Frákarkar*, bad jarl þá róa i mot þeim ſem hardaz; þeir *Olafr* oc *Sigrþr* bádu at farit væri tomliga, ſagþi at liþ mundi til þeirra koma á hverri ſtundu, oc þá er þeir voru auſtr fra *Tannſkáruneſi*, ſigldu þá lángſkipin auſtan fra (k) *Mula* oc voru XII. ſaman; þeir iarl teingdu þá ſaman ſkip ſin; þá kom til hans *Erlingr* bondi af *Tannſkaruneſi* oc ſyner hans oc budu hönum liþ ſitt, þá höfþu þeir ſva þraungt á ſkipunum, at þeir þottuz ecki mega fleirum mönnum vid koma; bat iarl þá *Erling* flytia at þeim griot medan þeir mætti fyrer ófridi, oc þá er þeir höfþu umbuiz, komu þau *Aulfer* oc greiddu atrodr, oc höfþu þau liþ fleira, enn ſkip ſmærri; *Aulfer* hafþi ſkip mikit oc lagþi hann þvi at ſkipe iarls oc var þar hin hardaſta orroſta; *Olafr Rólfsſon* lagdi fram ſkip ſitt at hinum ſmærſtum ſkipum *Ölfers*, oc hraud hann á ſkammri ſtundu þriu ſkíp *Aulfers*; *Aulfer* lagdi ſva faſt at ſkipi iarls at frambyggiar allir hrucku aptr um ſiglu, þá eggiar *Aulfer* faſt menn ſína til upp göngu oc hleypr ſialfr or lyptingunne oc fram i ſkipit, oc gengr ſealfr fyrſtr upp.

Sveinn Brioſtreip var fremſtr allra iarlsmanna oc bardiz allrauſkliga; iarl ſer nu at *Aulfer* er uppkomin á ſkipit oc

(h) Hroſſeyar. 325. (i) ſimta aptan, *veſpere diei Jovis*. 325. (k) Umla 101. 102. 333. *Flat.* omitt. 325.

S*anctum Dei amicum comitem* Magnum *neci deſtinatum & addictum, ut occideret, vexillarium ſuum* Ofeygum, *juſſit comes* Haqvinus, *verum cum, ſummam præ ſe ferens iram, negaſſet ille, aſſatorem nomine* Liſolfum *ut comitem enecaret coegit; illum vero plangere incipientem comes ſanctus* Magnus *ſeqventibus allocutus eſt; non, ait, lachrymaberis, tale enim facinus patrare tibi honori vertitur, Herculeo eſto animo, veſtes enim meæ, ut conſvetudo & lex fuit majoribus, tibi cedent, non timebis, invitus namqve patras & qvi te adigit magis qvam tu peccat. Verum his dictis, pallium exuit, datqve* Liſolfo; *expetit exinde beatus* Magnus *veniam precandi, qva impetrata in humum procumbit & deo ſe commendat, ſemet ei ſacrificans, non ſolum pro ſe, ſed etiam pro hoſtibus & interfectoribus, qvibus omnibus ex toto corde remiſit ipſorum in ſe delicta; Deo ſingula ſua peccata confeſſus, ut in effuſione ſangvinis ſui abluerentur, precatus eſt animamqve ſuam deo commiſit, rogans*

A. D. Guds eingla at koma á móti henni oc flytia hana i hvílld Paradiſar. Þá er þeſſi hinn frægi Guds píſlarváttur hafdi lokit bæn ſinni, þá mælti hann vid *Lífolf*: ſtattu fyrir mier oc högg mic i höfudit mikit ſár, þvíat eki ſómir at halshöggva höfþíngia ſem þiófa, ſtyrkſtu madr oc grát ei, því ek bad Gud at hann lykni þier, eptir þat ſigndi *Magnus* iarl ſic oc laut undir höggit, enn *Lífolfr* hió i hauſut hönum míkit högg med öxi. Þá mællti *Hákon* iarl, högg þú annat; þá hió *Lífolfr* i hit ſama ſárit, þá fell hinn heilagi *Magnus* iarl á knien oc fór med þeſſu píſlarvætti af veſölldum þeſſa heims, til eilífra himnaríkis fagnada, oc þenna, ſem manndráparinn tók or heiminum, liet Gud allzvalldandi ríkia med ſier á himnum, líkami hanns ſiell til jardar, enn önd hanns var háleitliga upphafinn til himneſkrar dýrdar einglanna. Stadr ſá, er hinn heilagi *Magnus* iarl var högginn i, var grittr oc moſóttr, enn litlu ſíþar byrtuz verdleikar hanns vid Gud, ſva at þar er ſíþan grænn völlr, fagr oc ſliettr, oc ſýndi Gud þat i þeſſu tákni, at *Magnus* iarl var fyrir riettlæti drepinn, oc hann ödladiz fegurd oc grænleik paradíſar á jördu lifandi manna. Andlátzdagr heilags *Magnuſar* iarls er tveimr nóttum eptir meſſudag *Tiburtii* oc *Valeriani*; þat var á ödrum degi viku er hinn mæti *Magnus* iarl var drepinn, þremr vikum eptir *Mariumeſſo* á föſtu, þá hafdi hann verit XII. vetr iarl (q) med *Hákoni*, þá voru kongar at *Noregi Sigurdr Jorſolafari* oc brædr hanns *Eyſteinn* oc *Olafr*; þá var lidit frá falli hins heilaga *Olafs Haralldsſonar* (r) LXXIV. vetr; þat var á dögum (s) *Paſchalis* Páfa annars med þvi nafni,

(q) yfer Orkneyium. *addunt.* (r) XXXIV. 351. *O.* (s) Paſcalii. 351. 252.

gans ut ipſius angeli ei obviam venirent & in qvietem A. D.
Paradiſi ferrent. Cum celeber hic dei martyr precibus finem fecerat; ad Líſolfum, *ſtabis, dixit, coram me capiti qve meo ingens vulnus infliges, magnates enim, ut fures decollare non decet, virilem adhibeto fortitudinem, non lachrymator, rogavi enim Deum ut tui miſereatur.* Magnus *poſtea ſe (cruce) ſignavit & ſub ictum flexit*, Liſolfus *vero capiti ejus ingentem plagam ſecuri inflixit; tunc comes* Haqvinus *iterum jubet cædi; hinc ille, datum antea vulnus, ferro ſecunda vice laceravit. Sanctus igitur comes* Magnus *in genua proſtratus, dicto martyrio ex miſeriis hujus mundi exiit in æterna cælorum gaudia, & ipſum, qvem homicida e medio ſuſtulit mundi, deus omnipotens in cælo ſecum regnare fecit; corpus ejus humi ſtratum eſt, anima autem glorioſe in cæleſtem gloriam angelorum elata eſt. Locus, in qvo cædebatur ſanctus* Magnus, *lapidoſus erat atqve muſcoſus, verum paulo poſt dignitas ejus apud deum apparuit, ut ibidem poſtea viridis, amænus & planus campus exiſtat; manifeſtavit etiam deus hoc miraculo comitem* Mag-num *ob juſtitiam occiſum fuiſſe & amænitate atqve viriditate Paradiſi in terra viventium potitum eſſe. Dies emortualis comitis ſancti* Magni *duabus poſt feſtum* Tiburtii & Valeriani *noctibus incidit, erat ſecundo ſeptimanæ die cum occideretur celeber, tribus poſt feſtum* Mariæ, *tempore qvadrageſimali, hebdomadis; tenuerat tunc, ſimul cum* Haqvino, *imperium comes annis duodecim; regebat ea tempeſtate* Norvegiam, *cum fratribus* Eyſteine & Olao, Sigurdus Hieroſolymipeta; *exacti erant poſt obitum ſancti* Olai Haralldi *filii ſeptuaginta qvatuor anni; erat tempore* Paſchalis,

A. D. nafni, oc hinns heilaga *Johannis Hola* biſkups á *Islandi.* Hinum heilaga *Magnuſi* iarli til ſæmdar talar ſva meiſtari *Rodbert* er Latinu ſögu hefer diktat.

Cap. 26.

I dag birtiz oſs, hiner kiæruztu brædr, andlátz dagr hins ſæla *Magnuſar* iarls píſlarvotts, hvíldardagr hans oc eilífs fagnaþar; glediumz oc fögnum á þeim háleita degi, þvíat hann beidiz af oſs hátýdlega gódfýſi oc einkanliga vegſemd, er byggium hiá hanns helgum dómi oc undir hanns varnadi oc vardveizlu, oc væntum i hanns verdleikum, þviat fyrir hanns háleit eptirdæmi oc heilagann lifnat, blomguduz fyrſt i álfum *Orkneyia* ríkis hinar fegurztu ſkipunar, ſkærrar gódfýſi oc hinu helguztu lögmáli þeſſa dýrdarfulla piſlarvattz, tóku margfallda aukning ens ſæmiligzta ſidferdis, hann rak brott herraſætis ſtól fiandans or nordr ætt heimſins oc ſetti i ſtadin landtialld almáttigs Guds, hann eyddi öllu illgreſi oc upprætti med ſinni predikan, enn liet uppvaxa ena fegrztu dóma oc hinn ſætazta kornſkurd hins hiálpſamligzta ávaxtar, hann umſneri öllum beiſkleik *Orkneyia* i ſæmd oc ſætleik heilagra ſida; i dag ſigradi hann heiminn oc heimſins höfdingia oc hann uppſtie ágiætr ſigrvegari yfir heiminn, takandi af ſínum (t) heilaga drottni, varum herra *Jeſu Kriſto*, dýrdarcorono; í dag vidſkilldiz hann alla þvíngan líkamligrar ſpillingar, i gegnumfarandi himnana oc hann inngeck i fögnud, ordin líkr heilögum mönnum í allri dýrd; i dag afklæddiz hann heimligri yfirhöfn þeſſa hins

(t) herra. *omnia.*

papæ ejus nominis ſecundi & ſancti Johannis *epiſcopi in* Islandia Holenſis. *Magiſter* Rodbertus, *qvi hiſtoriam lingva Latina compoſuit, in honorem comitis ſancti* Magni *talia verba facit.* A. D.

Cap. 26.

Apparet nobis hodie, fratres dilectiſſimi, dies emortualis beati comitis Magni *martiris, dies reqvietis ejus æternique gaudii; gaudeamus lætemurqve celebri eo die, poſcit enim nos ſolennem benignitutem & ſingularem laudem, qvi apud ſanctas ejus reliqvias & ſub ejus cura ac conſervatione habitamus atqve in ejus meritis ſpem collocamus, nam ob eximia ipſius exempla & ſanctam vitam, in plagis regni* Orcadici *primum floreſcebant pulcherrimi ordines claræ benignitatis & ſanctiſſimæ legis glorioſi hujus martyris, & multiplex honeſtiſſimorum morum augmentum capiebant; ejecit e ſeptentrionali mundi plaga ſolium diaboli & Dei omnipotentis tabernaculum repoſuit; exemit omne lolium & eradicavit præconio ſuo, verum creſcere fecit res viridiſſimas in dulciſſimam meſſem ſaluberrimi fructus; convertit omne fermentum* Orcadum *in laudem & dulcedinem ſanctorum morum; vicit hodie mundum ejusqve principem ſuperavit & aſcendit, clarus victor, ſupra mundum, a ſancto ſuo domino noſtro* Jeſu Chriſti *coronam gloriæ reportans; liberatus eſt hodie ab omni coactione carnalis corruptionis, cœlos penetravit & ingreſſus eſt in gaudium; omni gloria ſimilis factus ſanctis hominibus. Exuit hodie mun-*

A. D. hins fallvallta lífs, uppſtígandi hærra enn mannligr veikleikr megi virda oc er hönum þvi veitt himneſk (u) virdingh, ſæmd oc ſæla fyrir augliti allra heilagra, uppſte hann ad ſönnu biartr at verdleikum, ríkr í fullſælu, dýrdarfullr af ſomaſamligum ſigri; þeſſi hinn háleiti Guds píſlarvattr, hinn ſæli *Magnus* iarl, príddr af koronu eiginligs blóds, var píndr þá er lidit var frá holdgan vars herra *Jeſu Kriſti* puſundr hundrad oc fiögr ár, á mánadegi, hinn ſextanda *Kalendas Maii* manadar. Nu miner kiæruztu, rekum brott líkamligar fyſtir oc fordumz elſku uleifdra luta, ſigrandi oc yfirſtigandi árás laſtanna, enn fylgium fotſporum (v) oc líſi þeſſa hins dýrdliga píſlarvatts med öllu megni vars hugſkots ſva framalligha ſem var breiſkleikr má bera, fylgium vegum lífs hans, hölldum dæmum verka hanns, leitum ver vid eptir at líkia hanns líſi; þó at hvers dagliga birtiz oc audſýniz fyrir dáſamligar jarteigner oc dýrlig ſtórtákn þau er almáttigr Gud veiter nordrhálfunne fyrir hanns ágiætt árnadarord oc frægdarfulla verdleika bædi á ſió oc á landi, at hanns líf oc heilög ſidſemd er meirr vegſamandi oc dáſamandi, helldr enn eptirlíkiandi varum veikleik: Sýndiz hann á jardríki at hann ſkilldi verda varr verndari oc árnadarmadr hialpar oc miſkunnar vid állmattkann Gud; fyrir þvi byriar oſs er þröngder erum med miklum púnga varra ſynda hanns virþíng jafnan at geyra med einkanligri gódfýſi ſkilldugrar hlídni oc vegſemdar, at þeſſi hinn háleiti píſlarvattr *Magnus* iarl virdiz med ſínum verdleikum oc bænum fyrer oſs at hallda, at ver ödlumz verda hluttakari ſigrſamligrar kóronu oc eilífrar dýrdar þeirrar er hann ödladiz á ſínum píningardegi, þaf veiti oſs herra *Jeſus Kriſtus*, ſá ſem er ſæmd oc ſæla,

(u) gledi. *addunt.* (v) oc líſi. *omitt.* 351. *O.*

mundanam penulam inſtabilis hujus vitæ, aſcendens altius A. D.
qvam infirmitas humana æſtimare qveat; eſt igitur in eum collata cœleſtis dignitas, honor & beatitudo coram omnibus ſanctis; aſcendit eqvidem meritis clarus, dives plena felicitate, triumphans inſigni victoria, illuſtris hicce Dei martyr, beatus comes Magnus, *ornatus corona proprii ſangvinis; paſſus eſt anno poſt incarnationem domini noſtri* Jeſu Chriſti *milleſimo centeſimo qvarto, die Lunæ, decimo ſexto* Kalendarum *menſis* Maii. *Cæterum, mei chariſſimi, expellamus carnales cupiditates, caveamus ab illicitarum rerum amore, vincentes ac ſuperantes invaſiones ſcelerum; ſeqvamur autem veſtigia & vitam glorioſi hujus martiris omni vi noſtri animi, qvantum noſtra debilitas ferre poteſt, eamus via vitæ ejus, retineamus ipſius operum exempla, conemur aſſimilari ejus vitæ, qvotidie licet appareat & manifeſtetur per ſtupenda miracula & celebria prodigia, qvæ Deus omipotens præbet ſeptentrioni propter ejus eximiam interceſſionem & laude digna merita terra mariqve, ut ejus vita & ſancta honeſtas magis honoranda & miranda ſit qvam comparanda cum noſtra infirmitate; Apparuit in terra ut nos cuſtodiret & ſalutem atqve gratiam apud deum omnipotentem nobis conſiliaret; debemus igitur, qvi gravi onere peccatorum noſtrorum premimur, eum, ex ſingulari pronitate ad debitam obedientiam & laudem, honore ſemper proſeqvi, ut celebris hicce martyr, comes* Magnus, *ſuis meritis & precibus pro nobis intercedere dignetur, ut contingat nobis conſortes fieri æternæ ejus gloriæ, qvam couſecutus eſt die ſuæ paſſionis; dabit nobis id dominus* Jeſus Chriſtus, *qvi eſt gloria & ſalus, auxilium & ſanitas,*

 gau-

A. D. ſæla, (x) hiálp oc heilſa, gledi oc dýrd allra heilagra oc riettlátra manna ſinna, ſá er med fedr oc heilögum anda lífvir oc ríkir, einn Gud i þrenníngu um úendiligar verallder verallda; Amen. Meiſtari *Rodbert* dictadi þeſſa ſaugu á látinu til virdíngar (y) oc ſæmdar hinum heilaga *Magnuſi* eyia iarli at lidnum tuttugu vetrum frá hanns píſl.

Cap. 27.

Nu er þar til máls at taka at ſegia frá þeim lutum er gerduz epter líflát hins heilaga *Magnuſar* iarls, at ſva mikil var grimd oc hardlyndi *Hákonar* iarls oc ſva mikil reidi oc ædi vid hinn ſæla *Magnus*, at hann eigi ſídr aufundadi *Magnus* iarl daudann enn lifandi oc þó at fleſtra manna ædi oc grimd kunni at ſefaz eptir framin illvirki, þá hvíldiz eigi oc ſefadiz aufundſíki oc illgyrnd i hiarta *Hákonar*, þviat hann fyrerbídr at *Magnus* iarl veri at kirkiu grafinn, ſem kriſtnir menn helldr at hann veri þar jördu hulinn ſem hann var drepinn.

Cap. 28.

Þat hafdi mælt verit á hinum fyrra fundi iarlanna i *Roſsey*, at þá er þeirra ſætt veri fullkomliga ſtyrkt oc ſtadfeſt eptir hinna beztu manna dómi ſem þeir höfdu eidum bundit, at iarlar bádir, þá er þeirr færi af þeim fundi er ákvedinn var i *Egilsey*, ſkilldu ſækia veizlu i *Papuley* til *Þoru* módr *Mag-*

(x) hiálp. *omitt. omn.* (y) dyrdar. *omn. add.*

gaudium ac honor omnium ſuorum ſanctorum atqve juſtorum, qvi cum patre & ſpiritu ſancto vivit & regnat Deus triunus in infinita ſecula ſeculorum, amen. Magiſter Rodbertus *hanc hiſtoriam lingva Latina, in honorem atqve laudem ſancti* Magni *inſularum comitis, elapſis a paſſione ipſius annis viginti, dictavit.* A. D.

Cap. 27.

J*am ſermo ad res, qvæ poſt mortem comitis ſancti* Magni *gerebantur, vertendus eſt. Tanta erat ferocia & crudelitas comitis* Haqvini, *tantusqve in beatum* Magnum *furor iraqve, ut tam mortuo, qvam vivo, ei invideret, &, licet plurimorum furor & crudelitas poſt patrata ſcelera leniatur, invidia tamen & magnitudo in corde* Haqvini *non mitigaretur, prohibuit enim comitem* Magnum, *ut Chriſtianos, ad templum ſepeliri, juſſit vero eum in loco ubi occiſus fuit terræ mandari.*

Cap. 28.

P*actum fuerat in priori comitum in* Hroſseya *conventu, ut, cum eorum pactio, juxta optimatum arbitrium, qvemadmodum juramentis promiſerant, confirmata & rata eſſet, ambo, a conventu in* Egilsey *deſtinato diſcedentes, in* Papilia,

A. D. *Magnuſar* iarls; enn nu eptir dráp oc dauda iarls, þá ſótti *Hákon* iarl til veizlunnar med ſínum mönnum, þar var veizla hin betzſta, enn er dryckr ſeck á *Hákon* iarl, þá geck *Þora* til hanns oc mællti ſva. Nu ertu einn hier kominn herra, enn ek vænta yckar beggia oc *Magnuſar* ſonar míns, nu vertu mier ſva bæna, ſem þu villt at allzvalldandi Gud ſie þier á domsdegi, at þú leyfir mier at ſon minn ſie at kirkio grafinn. *Hákon* iarl leit i mót henni oc felldi tár, oc mællti, graf ſon ſinn kona þar er þier líkar; heilagr *Magnus* iarl var þá færdr til kirkio oc grafinn i *Byrgisheradi* i Kriſts-kirkio, þeirri er *Þorfinnr* iarl födrfadir hanns let geyra; ſýndiz þá þegar optliga ſkína á himneſkt liós yfir hans grep-tri, ſíþan tóku menn at heita hinn heilaga *Magnus* iarl er i háſka voru ſtaddir oc greiddiz þeirra þörf ſem þeirr beid-duz ſiálfir; iafnann var kiendr himneſkr ilmr vid gröf hanns oc feingu þar ſiúkir menn heilſu; því næſt gerdu ferdir ſinar menn af *Orkneyium* oc *Hialtlandi*, þeir er vanheilir voru, oc vöktu yfver leidi hanns oc tóku allir bót ſinna meina, enn þo þordu menn eighi miögh uppi at hallda jarteinum iarls meþan *Hákon* iarl lifdi. Sva er ſagt at þeir menn er veſt höfdu geingit i milli iarlanna oc voru meſt i ſvikrædum vid *Magnus* iarl, at þeirra vard fleſtra ſkiótr ender oc ſkamt líf oc dó þeirr illum dauda. Epter dráp hinns heilaga *Magnuſar* tók *Hákon Pálsſon* under ſik allt ríki i *Orkneyium*, let hann þá alla menn gánga til eida oc trunadar vid ſik, jafnvel þá ſem ádr hofdu þiónat *Magnuſi* iarli, geirdiz hann þá höfþingi mikill oc hafdi álögr ſtórar vid vini *Magnuſar* iarls, þá hönum þótti meſt i móti ſier hafa verit i ſkiptum þeirra. Nockurum ve-

apud comitis Magni *matrem convivium inirent, aſt nunc,* A. D.
poſt cædem mortemqve comitis, comes Haqvinus *cum ſuis epulas, qvæ ibi opimæ erant, adiit; verum cum vino inebriaretur,* Thora *eum accedens ſeqventibus alloqvebatur; domine jam ſolus huc veniſti, ego vero filium meum* Magnum *tecum venturum ſperabam; Nunc talem te, qvalem Deum omnipotentem in die judicii tibi futurum deſideras, mihi præbe petenti; permitte ſcilicet ut filius meus ad ſacram ædem ſepeliatur. Comes* Haqvinus, *oculis in eam converſis, lachrymas fudit, &, filium, dixit, tuum, ubicunqve placet, inhuma; Hinc Comes ſanctus* Magnus *ad templum deportatus, & in eo qvod Comes* Thorfinnus, *avus ejus paternus in provincia* Birgenſi *exſtrui &* Chriſto *ſacrari curaverat, ſepultus eſt. Lumen cito cœleſte ſuper ejus ſepulchrum ſæpe numero ſplendere viſum eſt; cæperunt exinde qvi in periculis conſtituti erant comiti ſancto* Magno *vota nuncupare, & auxilium optatum obtinuerunt. Fragrantia cœleſtis apud monumentum ipſius ſemper percepta ibiqve ægrotantibus ſanitas data eſt. Iter deinde ex* Orcadibus *&* Hialtlandia *ſuſceperunt ægrotantes, ad tumulum ejus vigilarunt & ab omni ſua calamitate liberati ſunt. Miracula tamen comitis* Magni, *dum in vivis erat comes* Haqvinus, *multum extollere non auſi ſunt. Feruntur qvi in calumniando invicem comites, primas tenuerant & comiti* Magno *præ aliis inſidias ſtruxerant, plurimi, repentino brevis vitæ fine, mortem malam ſubiiſſe. Poſt mortem ſancti* Magni, Haqvinus Pauli *totum* Orcadum *imperium ſibi ſubegit & omnes fidelitatis juramenta, & qvidem eos, qvi comiti* Magno *antea miniſtraverant, ſibi præſtare fecit; aucta hinc perqvam potentia, amicos comitis* Magni, *qvos maximum in commerciis cum conſo-*

A. D. vetrum ſiþar bió *Hákon* ferd ſína or landi; hann fór ſuþr til *Roms* oc i þeirri ferd fór hann allt úti *Jorſalaheim*, ſem þá var ſiþr til pálmara, ſótti hann þángat helga ſtadi oc laugadiz í anni *Jordan*; eptir þat vendi hann aptr til ódala ſinna oc tók undir ſic ríki í *Orkneyium*, hann giördiz þá ſtiornſamr oc fridadi vel ſitt ríki, ſetti hann þá ní laug þau er bóndum líkadi miklu betr enn þau er ádr höfdu verit, tóku vid ſlikt at vaxa vinſældir hanns, kom þá ſva at þeir *Orkneyingar* ſtundudu á ecki annat enn hallda *Hákoni* iarli til rikiſs i *Orkneyium* oc hanns afkvæmi, oc líkr þar frá *Hákoni* ath ſegia í þeſſari bók.

Cap. 29.

Hinn milldazti Gud drottinn *Jeſus Kriſtus*, ſá er ladar oc leídir ſína vini til eílífs fagnadar, frá allri ánaud þeſſa heims, ſá hinn ſami er leiſir alla þá er til hanns miſkunnar kriúpa af öllu hiarta, frá öllum ſyndum oc ſaurgan þeſſarar verall-dar ſyrgiligrar, oc geyrir af fákunnighum hinn vitrazſta, af lágum oc lítillátum hinn frægazſta, af fátækum hinn ríkazſta, af útignum hinn göfgazſta höfþíngia, eighi at eins þeſſa heims ríkis, helldr oc jafnvel himinríkis oc úendiligrar dýr-dar, ſem hann gerdi fordum vid *Joſeph* patriarcham, er leiddr var or myrkvaſtofu oc giörr þegar herra oc höfþingi allz *Egiptalandz* velldiſs, ſá hinn ſami er giördi *David* af ſmalaſveini hinn æzta kong yfer allar *Jſraels* ættir, oc leid-di *Judam Maccabæum* or ſullt eydimerkr, at hann mætti tign oc ſigurs ágiæti ödlaz oc ſva mikla frægd, at hann þotti at mörgu vera yfer adra menn, oc *Alexandrum* ſon *Philippi*,

er

brino ſibi contrarios fuiſſe reputabat, multis gravavit. Aliqvot poſt hyemibus ad exteros iter paravit; Romam *meridiem verſus & in hac peregrinatione in* Palæſtinam *usqve, ut eo tempore ſolebant Palmarii, ivit, inviſit loca ſacra & in* Jordane *lotus eſt; in patriam exinde reverſus, regnum* Orcadenſe *recuperavit; moderabatur tunc prudenter imperii habenas & pacem tranqvillam regno conciliavit; tulit novas leges, incolis multo, qvam qvæ antea valuerant, gratiores; hinc eo venit ut populari favore florere inciperet,* Orcadenſes *inſuper nihil aliud ſtuderent qvam ut comitem* Haqvinum *cum ipſius deſcendentibus regnantem retinerent. De* Haqvino *in hoc libro relationi finis.* A. D.

Cap. 29.

C*lementiſſimus Deus dominus* Jeſus Chriſtus, *qvi amicos ſuos ab omni mundi hujus calamitate ad æternum gaudium invitat & deducit, idem qvi ſingulos, ad ejus gratiam ex toto corde ſupplices accedentes, omnium peccatorum & mundi hujus lachrymabilis inqvinationum abſolvit, qvi ex rudi ſapientiſſimum, ex humili & humano celeberrimum, paupere ditiſſimum, ignobili nobiliſſimum ducem, non ſolum in regno mundi hujus, ſed & eqvidem in regno cœlorum & æterna gloria, ut patriarcham qvondam* Joſephum, *qvi e carcere eductus totius* Ægyptici *imperii dominus & dux ſtatim conſtitutus eſt; idem qvi* Davidem *ex opilione ſummum regem omnium tribuum* Iſraelis; Judam Maccabæum *ex fame deſerti eduxit, ut honorem & victoriæ triumphum obtineret tantamqve gloriam ut in multis aliis ſuperior haberetur, &* Alexandrum *filium* Philippi,

qvi

A. D. er kalladr var *Macedo*, fyrir hardann meiſtaradóm er *Leo* (*) .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . oc buit at öllu ſem ſæmiligazſt mátti, þá ſkrínlagdi herra biſkup helgann dóm hinns ſæla *Magnuſar* iarls med veg oc prídi oc loſſaung alls lýds, oc bættiz þeim þá öllum er andvana voru heilſu oc þurfandi miskunnar, er þángat höfdu ſótt á þeim tíma til hanns heilags dóms. Heilagr *Magnus* var ſkrínlagdr á meſſudag *Lucie* meyar fyrer jól um vetrinn, oc er ſá dagr virduliga halldinn, bædi hinum heilaga *Magnuſi* oc ſælli Gudz meyiu *Lucie*, enn á varit er hanns heimferdardagr til himinríkis.

Cap. 30.

Nu er yfverfarit, þó at minnr makliga enn ſkilldi, um upptekning, profan oc ſkrínlagning heilags doms hins ſignada *Magnuſar* iarls oc ecki ſíþr lögtekning hanns hátídar, oc er þat hugſannda, oc greinanda at med ymiſlighum privilegiis ſæmir Gud drottin ſína áſtvini fyrir ſitt riettlæti, ſuma hier þegar í lífinu, enn adra eptir lífvit; enn þó ſýnaz þeſſar frumtignir a medal heilagra nockut einsligar oc frábærligar ſem þeim Guds píſlarvatt *Magnuſi* tilheyra, þat er at ſkilia, at ſva ſem bein hanns var prófat heima i *Orkneyium*, ſneyriz þat i fegrzſta kroſsmark í augſýn nærrverandiſs manna. Sú er önnr grein, at þeſſi hinn ſami beinkroſs ſneyriz ſíþann í hinn

(*) *Heic lacuna in omnibus, qvæ habemus, Exemplaribus communis.*

qvi Macedo appellatus erat, per exqviſitam Leonis artem . A. D.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . & omni ex parte ac pro poſſe decore ornato, dominus epiſcopus ſacras reliqvias beati comitis Magni decenter & honeſte, inter feſtivas totius populi laudes ſcrinio includit; omnes, qvi ſanitate deſtituti fuerant, commiſeratione indigentes, & eo, ad inviſendas ſacras ejus reliqvias tunc venerant, eidem reſtituti ſunt. Comes ſanctus Magnus in ſcrinium depoſitus eſt in feſto Luciæ virginis, tempore brumali ante Julia; is etiam dies a multis & in ſancti Magni & Luciæ virginis laudem celebratur; tempore autem verno illius in regnum cœlorum migrationis feſtum.

Cap. 30.

Jam, licet neqvaqvam ut par eſt, qvo modo effoderentur, tentarentur & ſcrinio includerentur ſacræ reliqviæ beati comitis Magni, feſtum ejus præterea lege receptum fuerit, monſtratum; Recordandum etiam & memorandum eſt, Deum intimos ſuos amicos ob ſuam juſtitiam variis privilegiis donare, alios in hac ſtatim vita, alios vero poſt vitam; videntur tamen hæ dignitates primariæ inter ſanctos, qvæ huic Dei martyri competunt, ex parte ſingulares & ſolito majores, exempli gloria, cum os ejus in patria Orcadibus probaretur, coram præſentibus in nitidiſſimam crucem transfigurabatur; Se-

A. D. hinn ſkiærazta gullslitt fyrir ſiálfum herra páfanum i *Roma* hvar fyrir hann tekr þenna purpurliga píſlarvatt i Katalogum heilagra, enn þat hefer fám audrum veitz á nordrlaundum at ſialfr hann hafi þat giört, þvi má ſiá oc dáſama, þóat eingi megi ſva eptirhugſa ſem er, hverſu allzvalldandi Gud er ríkr at audæſum oc diúpleika ſinna miſkunnſemda, þviat hann veitir þær áſtgiafer audrum ſinum vinum ſem hann veitir eighi audrum oc ſkiptir þeirra i midil þann veg hann vill, oc þrýtr hann alldregi þóat hann gefi heilags anda giáfu hverrium þeirra, því ſie hanns nafn eilífliga lofat oc bleſſat *per ſecula*, Amen.

Cap. 31.

Frá þeim tíma vidſrægdiz oc fluttiz jarteignagiörd hinns heilaga *Magnuſar* iarls um öll veſtrlönd oc nordrhálfu heimſins oc fóru menn af nálægum löndum, borgum oc bæium, káſtalum oc heradum, med miklum hiörtum oc fórnarhöndum at ſækia hanns helgann dóm, enn ſumir ſendu fæe til hanns helga ſkríns, hönum til ſæmdar, enn ſiálfum ſier til heilſubotar oc ſáluhiálpar bædi þeſſa heims oc annars, því ſkal hier næſt ſegia nockurar jarteignir, þóath fár, af utalligum er Gud veitir fyrir hanns (z) verdleika.

Cap. 32.

Þá er *Bergfinnr* bondi nordann af *Hialtlandi*, ſá er fyr var nefndr i þeſſu máli, ſpurdi þeſſi fagnadar tíþindi, upptöku

(z) forþienan oc. *addunt.*

cundo; eadem iſta crux oſſea Romæ, *in conſpectu ipſius do-* A. D.
mini papæ rutilantem auri colorem repræſentavit, unde purpureum hunc martyrem in catalogum ſanctorum transtulit; id vero paucis aliis in ſeptrione datum eſt qvod ipſe id fecerit; apparet igitur atqve laudandum eſt, nemo qvamvis ut revera ſe habet imaginari poſſit, qvam Deus omnipotens divitiis & profunditate gratiæ abundet, dona enim dat aliis ſuis dilectis ea qvæ aliis non dat & ut vult inter eos dividit, nec deſit ei qvamvis unicuiqve eorum det donum ſpiritus ſancti; ſit igitur ejus nomen in æternum laudatum & benedictum per ſecula. Amen.

Cap. 31.

E*fferebantur & evulgabantur ab eo tempore miracula comitis ſancti* Magni *in omnes regiones occidentales & ſeptentrionem. Iverunt etiam ex vicinis terris, urbibus, oppidis, caſtellis & tribubus, fortes cordibus & manibus munera ferentes, ſacras ejus reliqvias inviſuri, qvidam autem pecuniam, ad ornandum ſacrum ejus ſcrinium, in ipſius honorem, ſui autem ſanationem & ſalutem in hac & altera vita miſerunt. Hinc aliqvot, pauca licet, ex innumeris qvæ illius dignitatis cauſa Deus dat heic recenſenda ſunt miracula.*

Cap. 32.

C*um* Bergfinnus *incola ex* Hialtlandia, *ille qvi ſupra nominatus eſt, nova hæc gaudia, qvod ſcilicet Comes* Magnus

A. D. töku hinns heilaga *Magnuſar* iarls, þá fór hann i annat ſinn nordann af *Hialtlandi*, med ſon ſinn likþráann, er *Hálfdan* het, til *Kirkiuvogs* oc vöktu þeir bádir fedgar at helgum dómi *Magnuſar* iarls, enn heilagr Guds madr byrtiz *Hálfdani* oc fór höndum ſinum um likam hanns oc i ſtad fiell af hönum öll líkþra, þá reis hann upp allheill; hinn heilagi *Magnus* iarl vitradiz oc *Bergfinni* bónda í ſvefni oc mællti vid hann: Nu muntu taka biarta ſýn, þvíat nu hefer þu farit híngat med riettri frú oc tortrygt ecki heilagleik minn, oc offrat mier fagrligu heiti bædi i bænum oc fiarlutum; þá gerdi hann kroſs mark yfir augum *Bergfinns* oc vaknadi hann ſva ſkygn, ſem þá er hann hafdi ſkygnaztr verit oc fóru þeir fedgar bádir heilir heim lofandi Gud (a) oc hinn heilaga *Magnus* iarl.

Cap. 33.

Þ*orkiell* het madr er bió i *Orkneyium*, hann fiell af bygghiálmi ſinum oc lamdiz allr ödrum meginn er hann kom á jörd, hann var fluttr til hins heilaga *Magnuſar* iarls oc feck hann þar ſkióta bót ſinna meinſemda, at græddum beinbrotum oc ſtyrktum líkama, þackadi hann Gudi oc hinum heilaga *Magnuſi* fyrir ſína heilſugiöf.

Cap. 34.

A*mundi* (b) *Illhugaſon* het maþr, bondi nordr á *Hialltlandi*, hann var likþrár oc miög ſiúkr; hann fór til hins heilaga *Mag-*

(a) af öllu hiarta, *add. omn.* (b) *omitt. omn.*

translatus eſſet, lætus audiret, ſecunda vice ex Hialtlandia *cum filio ſuo leproſo, cui nomen* Halfdani, *profectus eſt & apud ſacras reliqvias comitis* Magni *vigilavit, ſanctus autem Dei homo* Halfdano *apparuit & corpus ejus manibus tractavit & ſtatim tota lepra ex eo decidit, unde ſanus omnino ſurrexit. Comes etiam ſanctus* Magnus *colono* Bergfinno *per ſomnium apparuit & eum allocutus eſt; jam lyncei tibi dabuntur oculi, huc enim vera fide veniſti, ſanctitati meæ non diffidiſti ac egregium & precibus & pecuniis votum mihi nuncupaſti; his dictis, oculis* Bergfinni *ſignum crucis impoſuit, unde ſomno excitatus non minus perſpicuo qvam unqvam antea oculorum uſu gaudebat; Ambo exinde, pater & filius ſanati domum redierunt, Deum & ſanctum* Magnum *laudantes.* A. D.

Cap. 33.

Thorkell *nomen erat viro qvi in* Orcadibus *habitabat; is ex acervo frumenti decidit, &, cum in humum delaberetur, latere altero contuſo, ad comitem ſanctum* Magnum *devectus eſt, ubi repentinam læſionis medelam nactus, fractis oſſibus ſanatis & corpore corraborato, deo & comiti ſancto* Magno *pro ſui ſanatione gratias egit.*

Cap. 34.

Amundus Illhugii *filius erat colonus ſeptentrionem verſus in* Hialtlandia, *leproſus & perqvam ægrotus; is ad comi-*

 tem

A. D. *Magnuſar* iarls oc vakti at ſkríni hanns oc bad ſier miſkunnar oc heilſu, enn er hann ſofnadí, þá ſýndiz hönum *Magnus* eýia iarl oc fór höndum um likama hanns ok gaf hönum ſva ſkióta heilſu, at hann vaknadí alheill, ok gerdi hann Gudi þackir fyrir ſina heilſu ok hinum miílda *Magnuſi*.

Cap. 35.

Sigurdr het madr (c) *Tanndraſonn*, hann bio á *Hialtlandi* á þeim bölſtad er Dalr heitir, hann vard ærr ſva at hann var i hud rifadr, þeſſi madr var færdr til hinns heilaga *Magnuſar* iarls, oc feck hann þar vit ſitt oc fulla heilſu oc fór hann þaþann allheil, lofandi Gud oc hinn heilaga *Magnus* iarl.

Cap. 36.

Annar madr het enn *Sigurdr* norþann af *Hialtlandi*; hann hafdi krepta hönd ſva at allir fíngirnir lágu í lófa; hann ſókti heim helgann dom hinns heilaga *Magnuſar* iarls oc feck hann þar heilſu ſina med rettum oc miúkum fingrum til allra ſinna naudſynia; þackadi hann Gudi fyrir þá miskunn er hönum var veitt fyrir verdleika (d) *Magnuſar* iarls.

Cap. 37.

Madr hiet *Þorbiörn Olaffon* nordann af *Hialtlandi*, hann var diöfulódr oc vitlauſs, hann var færdr til ſtadar hins heilaga

(c) *omittunt omn.* (d) hins heilaga. *addunt.*

tem ſanctum Magnum *profectus & apud ejusdem ſcrinium* A. D.
vigilans, gratiam & ſanitatem ſibi expetebat, cum autem ſomno ſopiretur, apparuit Magnus *inſularum comes, qvi cum corpus ipſius leviter tangeret, ſubitam adeo ſanitatem dedit, ut integer ſomno excitaretur & deo nec non clementi* Magno *pro reſtitutione ſua grates ſolveret.*

Cap. 35.

Sigurdus *nominabatur vir,* Tandri *filius, incoluit in* Hialtlandia *villam* Dalum; *mentem ejus inſania tanta mutabat ut coriis involveretur; huic ad comitem ſanctum* Magnum *devecto ratio & integra ſanitas reſtituta eſt, atqve rediit inde ſoſpes, Deum & comitem ſanctum* Magnum *laudibus decorans.*

Cap. 36.

A*lii præter hunc ex* Hialtlandia *homini nomen erat* Sigurdus; *manum habebat incurvam adeo, ut digiti omnes in volam conflexi detinerentur; idem ſacras reliqvias comitis* Magni *inviſit ibiqve ſanitatem indeflexorum & ad omnes res neceſſarias agilium digitorum recuperavit, pro gratia, meritorum ſancti* Magni *cauſa, ſibi exhibita Deo gratias egit.*

Cap. 37.

Thorbiörnus Olai *homo erat in* Hialtlandia, *hunc dæmoniaca ceperat dementia, is ad locum comitis ſancti* Magni de-

A. D. laga *Magnuſar* iarls oc vard hann þegar heill oc fór hann til ſinna heimkynna fagnandi oc lofandi Gud oc þenna hinn ſæla píſlarvatt.

Cap. 38.

Þordr het madr oc var kalladr *Drekaſkolſtr*, hann var leigumadr fyrrſagdz *Bergfinnz* bónda, hann bardi korn i bygghlödu hinn næſta dag fyrir meſſudag hinns heilaga *Magnuſar* iarls; enn er nón var dagſins, bad *Bergfinnr* hann hætta at vinna, þat er ſialnazt ſagdi þórdr at þierr þicki ofmikit unnit. *Bergfinnr* mællti, hátídar dag þann er kiemr á morginn eigum vier at hallda med allri dýrd þeirri er megum ok kunnum, þá geck *Bergfinnr* á brott, enn þórdr vann ſem ádr, enn er ſkamt var lidit, þá geck *Bergfinnr* út í annat ſinn oc mællti til *Þordar* af reidi mikillri, en meſta mótgiord er mier á því er þu vinnr á helgum tímum oc lát af þegar i ſtad. Geck bondi þá brott reidr miök, enn *Þordr* vann ſem ádr, enn er menn voru miök ſva mettir, þá kom *Þordr* inn í herſiligum klædum oc tók þegar at drecka grádugliga, oc er hann hafdi druckit eitt horn af munngati, þá vard hann ærr, ſva at þegar urdu menn at færa hann i baund oc hiellt þat VI. degr, þá hiet *Bergfinnr* bondi fyrir hönum at giefa hálfa mörk ſilfurs til ſkríns hinns heilaga *Magnuſar* iarls oc lata *Þord* vaka þar III. nætr ef hann yrdi heill, enn *Þordr* feck þegar heilſu ſína á næſtu nótt eptirat heitit var fyrir hann oc lofudu allir hinn hæſta himnakong oc þenna hinn virduliga hanns áſtvin hinn heilaga *Magnus* iarl.

Cap.

(e) oc geck *Bergfinnr* fram frá hönum. *addunt omn.*

devectus, mentis ſtatim compos ad ſuos penates rediit lætus, A. D.
Deum ac beatum iſtum martyrem laudans.

Cap. 38.

Tordus, Drekaſkolftr *cognominabatur, ſupra memorato colono* Bergſinno *operam ſuam commodaverat; hic frumenta in horreo, ultimo die ante feſtum comitis ſancti* Magni *concuſſit; verum hora tertia pomeridiana,* Bergſinnus, *ut operam miſſam faceret, juſſit, cui* Thordus, *rariſſime nimius labor impendi tibi videtur; feſtum, ait* Bergſinnus, *qvod cras incidit, omni, qva poſſumus, licita laude celebrare debemus; his dictis diſceſſit,* Thordus *autem nihilo minus laboravit; paulo autem poſt* Bergſinnus *iterum exiit &, ira incenſus,* Thordum *allocutus eſt; maxime, inqvit, me offendis horis feſtis laborando, deſine (jubet) protinus. Tunc colonus, ira turbidus, abiit,* Thordus *vero ut antea operi inſtabat; aſt, cum fere ſaturati erant, cum, tetras indutus veſtes, ingreſſus eſt & potum mox glutire cœpit, ac ubi unum cornu cereviſiarum exhauſit, rationis inopem, funibus ſine mora conſtrictum, ſex diebus dimidio, detinere cogebantur; tunc colonus* Bergſinnus *pro eo ſe ſemi libra argenti ſcrinium comitis ſancti* Magni *ditaturum, & ut* Thordus, *modo ad ſe rediret, tres noctes apud idem vigilaret, curaturum promiſit; cæterum* Thordus, *proxima, poſtqvam votum pro eo nuncupatum erat, nocte, ſanabatur; omnes igitur celſiſſimum regem cœlorum ejusqve dilectum amicum, venerandum comitem ſanctum* Magnum *laudarunt.*

A. D.

Cap. 39.

Þat er enn ſagt at II. menn brutu gull af ſkríni hinns heilaga *Magnuſar* iarls, annar þeirra var *Katnetſkr*, enn annar var *Orkneyſkr*, enn ſá hinn *Katneſki* tíndiz oc drucknadi á *Petlandsfyrdi* oc het ſá *Gilli*, enn hinn *Orkneyſki* vard ærr oc ſagdi (f) í orunum hvat þeirr höfdu gert, þá var heitit fyrir hönum *Romferd* ef hann yrdi heill, ſíþan var hann færdr til hins heilaga *Magnuſar* iarls oc heitit á hann til heilſubótar hönum oc vard hann þegar heill oc lofadi Gud oc hinn heilaga *Magnus* iarl.

Cap. 40.

Asmundr hiet maþr, i hauſut hönum fell tre mikit oc lamdiz hauſſinn allr, enn optnefndr *Bergfinnr* bondi het fyrir hönum oc var hlutat um hvart heita ſkilldi fyrer hönum (g) utanferd eda giefa fee til *Magnuſs* kirkio, enn ſá kom hlutr upp at hann ſkilldi ſækia til heilags doms hinns heilaga *Magnuſar* iarls; (h) (feck hann þá þegar mál ſitt þat er hann hafdi ádr miſt, fór hann eptir þat til hins heilaga *Magnuſar* iarls) oc vakti þar oc feck fulla bot ſinna meinſemda, enn *Bergfinnr* bondi gaf *Magnuſi* iarli halfa mörk ſilfrs vegna ſem hann hafdi heitit.

Cap. 41.

Kona het *Sigridr*, hun var dottir *Sigurdar* af *Sanndi* nordann af *Hialtlandi*, hun var blind frá blautu barns beini, alt

(f) jöllunum. *omn.* (g) Romferd. *omn.* (h) *omitt. O.*

A. D.

Cap. 39.

Feruntur præterea duo aurum, qvo ornatum erat ſcrinium comitis ſancti Magni, fregiſſe, alter eorum Katneſenſis, alter Orcadenſis erat; ille, cui nomen Gillii, in ſinu Petlandiæ, undis abſorbtus, periit, hic vero, mente captus inter delirias, qvæ unapatraverant, manifeſtavit; hinc Romam peregrinationem, modo ſibimet reſtitueretur, voto pro eodem promiſerunt; deductus exinde ad ſanctum Magnum, cum votum comiti pro ſalute nuncupaſſent, mentis mox compos, Deum & comitem ſanctum Magnum laudavit.

Cap. 40.

Asmundus nominabatur in cujus caput ingens lignum decidit idemqve totum attrivit, verum ſæpe nominatus colonus Bergfinnus votum pro eo fecit, & utrum peregrinatio, an danda templo Magno ſacro, pecunia vovenda eſſet, in ſortem conjectum eſt; aſt ſortito obtigit, ut ſacras reliqvias comitis Magni peteret; hinc lingvæ uſum, qvem antea amiſerat, ſtatim recuperavit. Viſit poſtea ſanctum Magnum ibiqve vigilavit & perfectam defectus medelam nactus eſt; cæterum incola Bergfinnus ſemi marcam argenti ponderatam, ut pomiſerat, comiti Magno donavit.

Cap. 41.

Fæminæ nomen fuit Sigridis, filiæ Sigurdi de Sando in Hialtlandia; hanc a prima inde infantia, ad viceſimum us-

A. D. alt til þeſs er hun var tvitugh, fadir hennar fylgdi henni ſudr til *Orkneyia* oc let hana vaka at ſkríni hinns heilaga *Magnuſar* iarls, hann offradi þar miklu fee; *Sigridr* tók þar biarta ſýn beggia augna oc foru þau fedgin þaþan fagnandi oc lofandi Gud oc hinn heilaga *Magnus* iarl.

Cap. 42.

Aunnr kona het enn *Sigridr*, dóttir *Arnfridar* nordann af *Hialtlandi*, af þeim bæ er *Unuſtadir* heita, fótleggr hennar brotnadi i tva luti oc var henni fylgt til hinns heilaga *Magnuſar* iarls oc feck hun ſkióta heilſu oc þackadi Gudi oc hinum heilaga *Magnuſi* iarli.

Cap. 43.

Hin þridia kona het enn *Sigridr* norþan af *Hialtlandi* ur *Aumſtr*, hun var viſtum med þeim bonda er *Þorlákr* het, hann bió á (i) *Bollaſtaudum Sigridr* ſaumadi um kvelldit fyrir meſſodag hinns heilaga *Magnuſar* iarls, ſíþann er adrir menn lietu heilagt, *Þorlakr* ſpurdi hvi hun ynni ſva leingi, enn hun qvedz þá hætta mundi, geck bondi þá brott, enn hun ſaumadi ſem ádr (k) (þá kom *Þorlakr* audru ſinni til hennar oc mællti; þvi gerir þú ſva illa á ſva helgum tima; nu fár þú brott oc vinn eighi leingr í mínu huſi, hun liet þá lítid at vanſökum oc ſaumadi ſem ádr), þartil er myrkt var af nott, enn þá er menn biugguz til matar, þá vard *Sigridr* ærr, ſva at hana vard þegar i baund at færa oc var

(i) Beſſaſtödum. *omnia.* (k) *parentheſin.* *omitt. omnia.*

qve ætatis annum, cæcam, pater meridiem verſus in Orcades *deduxit & apud ſcrinium comitis ſancti* Magni, *ingentia munera largitus, vigilare fecit*; Sigridis *ibidem diſtinctum utriusqve oculi uſum adepta eſt, unde, cum patre, gaudens Deumqve & comitem ſanctum* Magnum *laudans, abiit.* A. D.

Cap. 42.

A*lii præterea fæminæ nomen erat* Sigridis, *filiæ* Arnfridis *ex* Hialtlandiæ *villa qvæ* Unaſtader *audit; ea, crure in partes duas diſtracto, ad comitem ſanctum* Magnum *devecta, cito ſanabatur & Deo ſanctoqve comiti* Magno *gratias agebat.*

Cap. 43.

T*ertiæ fæminæ nomen erat* Sigridis *ex* Amſtr *in* Hialtlandia, *operam conduxerat colono* Thorlaco *qvi* Bollaſtadis *habitavit. Veſperi ante feſtum comitis ſancti* Magni, *cum alii feriarentur, ſuebat; qværenti* Thorlaco *cur tamdiu operaretur? reſpondit ſe mox ceſſaturam. Diſceſſit tunc colonus, illa vero ut prius ſuebat; hinc ſecunda vice eam acceſſit, & cur tam male, feſto adeo tempore, ageret, qvæſivit; nunc, inqvit abito, nec, diutius in domo mea ſuito; illa id haudqvaqvam nocere contendens, nihilominus usqve qvo diem nox cæca exciperet ſuebat, verum cum ad cænam pararentur, tanto rapta eſt furore, ut vinculis eam ſtatim*

 coer-

A. D. var hardliga halldin alt til þeſs er *Þorlakr* het fyrir henni oc hlutadi hvart hun ſkilldi til *Roms* fara eda geſa fiarlut til hins heilaga *Magnuſar* iarls oc kom ſiá upp at hun ſkilldi ſækia til *Kirkiovags* hellgann dóm hinns heilaga *Magnuſar* iarls oc ſiþann var hun þángat flutt oc feck hun þar háleita heilſugiöf ſinnar vitfyrringar oc lofadi hun Gud oc hanns háleita riddara (l) *Magnus* iarl, enn þó fór hún ſiþann til *Roms* ſer (m) til hialpar.

Cap. 44.

G*róa* het kona or *Roſsey*, hun var diöfulód oc fór til *Kirkiovags* til hinns heilaga *Magnuſar* iarls oc feck hun þar goda heilſu oc lofadi Gud oc hinn heilaga *Magnus* iarl.

Cap. 45.

R*agnhilldr* het kona, hun vard kriplíngr þá er hun var IV. vetra gömul oc alt til þeſs hun var tvítug, þá vakti hun III. nætr hiá helgum dómi heilags *Magnuſs* iarls oc á hinni þridiu nótt ſýndiz henni i ſveſni biartr madr, oc göfugligr oc ſkriddr fagrliga oc mællti til hennar, þrátt oc opt hefer þu her legit, mikil er þurpt þín, rís upp þú nu, oc ver heil oc haf ſtaf þenna i hendi þier, eptir þat hvarf hann frá henni, enn hun vaknadi, þá hiellt hun á láſi þeim er var at *Almario* þvi er var audrum megum *Magnus* kors, reis þegar upp alheil ſva ſem hun hefdi alldri krept verit, med riettum beinum oc ſinum, loſandi Gud oc hinn heilaga *Magnus* iarl; var hun med biſkuppi marga vetr.

Cap.

(l) hinn helga. *add. omn.* (m) ſiálfri til lids oc hiálpar. *add. omn.*

coërceri opus eſſet & graviter laboraret donec Thorlacus A. D.
pro ea votum nuncuparet ac ſortem duceret utrum Romam *iret, an pecuniam comiti ſancto* Magno *conferret; ſors autem obtigit, ut* Kirkiuvogi *ſacras reliqvias comitis ſancti* Magni *inviſeret, unde, eo deducta, eximiam ibidem ab inſania reſtitutionem nacta eſt & Deum ac inclytum ejus heroëm, comitem* Magnum, *laudavit;* Romam *tamen poſtea, in ſui ſalutem, profecta eſt.*

Cap. 44.

Groa *fæmina ex* Hroſſey, *qvam dæmoniaca ceperat inſania, ad comitem ſanctum* Magnum *ivit, ibiqve ſibi bene reſtituta eſt & Deum ac ſanctum comitem* Magnum *laudavit.*

Cap. 43.

Ragnhilldis *nomen fuit fæminæ, repſit a qvarto ad viceſimum usqve ætatis annum, qvo tres noctes apud ſacras reliqvias comitis ſancti* Magni *vigilavit; verum tertia nocte per ſomnium apparuit ei vir candidus, forma conſpicuus & ſplendide veſtitus, qvi eam alloqvebatur; heic, ait, ſæpenumero jacuiſti, magni indiges, ſurgito jam & ſana eſto, baculumqve hunc manu teneto; his dictis viſui ejus ſe ſubduxit, aſt ipſa expergefacta ſeram* Almarii, *qvod ab altero erat latere* chori Magnæani, *manu tenuit, ſana omnino, acſi nervi ei nunqvam contracti fuiſſent, ſurrexit, erectis oſſibus & nervis, Deum & ſanctum comitem* Magnum *laudavit, & multos hyemes apud epiſcopum manſit.*

Cap.

A. D.

Cap. 46.

A*ſa* het kona, hun hafdi alla daga kryplingr verit, enn hun feck ſva háleita heilſubót af hinum heilaga *Magnuſi* iarli at hun gieck á þvi ſama ſumri til *Roms* ſem hun vard heil.

Cap. 47.

G*udrun* het kona, hun var kryplingr lánga æfi, hun feck bráda bót ſíns meins oc fulla heilſu af verdleikum oc árnadarordi hins heilaga *Magnuſar* iarls oc lofadi Gud oc hanns (n) áſtvin (o) *Magnus* iarl.

Cap. 48.

S*igurdr* het madr, hann var ölmuſumadr af *Hnotaſandi*; hann var ſva miök laſinn, at hann ſkreid á hniám oc mátti eigi upprettaz; hann vard alheill at ſkríni *Magnuſar* iarls, lofadi hann Gud oc hinn heilaga *Magnus*.

Cap. 49.

S*udrmenn* II. köſtudu um ſilfr oc liet annarr hundrat merkr, var þá lokit öllu fee hanns, nema kugg einn átti hann epter, hann lagdi þá kugginn á mót öllu feenu því ſem hann hafdi látit, þá kaſtadi ſá er unnit hafdi fyrre II. ſex, enn þá het hinn til fulltingis ſierat hann nædi aptr fee ſinu, á hinn heilaga *Mag-*

(n) dyrdliga. *add. omn.* (o) hinn ſæla oc heilaga. *add. omn.*

Cap. 46.

A. D.

Aſa *nominabatur fæmina, fuerat ab initio vitæ ſuæ nervis contractis laborabat, verum egregie adeo ſanata eſt a Comite ſancto* Magno *ut eadem, qva reſtituebatur, æſtate* Romam *pedes iret.*

Cap. 47.

Gudruna *mulier, qvæ diu membris capta fuerat, nævi repentinam ſanationem & ingritatem, propter dignitatem & intercesſionem Comitis ſancti* Magni, *obtinuit, deumqve & ejus amicum, comitem ſanctum* Magnum, *laudavit.*

Cap. 48.

Sigurdus *nomen erat viro, eleemoſynario ex* Hnotaſando, *hic æger adeo erat, ut genubus nixus reperet & erigi neqviret; apud ſcrinium comitis* Magni *prorſus ſanatus, Deum & ſanctum* Magnum *laudavit.*

Cap. 49.

V*iri duo* Auſtrales (Alemanni) *de argento aleam jactabant, perdiderat alter marcas centum & univerſas ſuas opes, ſi navem unam onerariam exceperis, hanc igitur omnibus, qvas amiſerat, opponit; tunc ille, qvi prius lucratus fuerat, duos ſeniones ſortitus eſt; hic igitur in ſui auxilium, ut res ſuas recu-*

 peraret,

A. D. *Magnus* iarl, ſíþann kaſtadi hann (p) (oc horfdi upp ſex á ödrum terninginum), enn annar ſtöck i ſundr i tva hluti oc voru þar VII. augun á bádum ſamann hlutunum, enn þrettán á þremr, hlaut hann ſva fee ſitt alt. (q)

Cap. 50.

Sá atburdr vard í *Noregi* á dögum *Haralls Gilla*, at nockurrer ríker menn oc mikilsháttar báru at II. brædr at þeirr mundi fíffla þeirra frændkone, enn þeſſi atburdr var ei ſannr enn allt eins veittu hiner ríku menn þeím atgöngu oc tóku höndum, flytiandi þá til ſkogar brott frá audrum mönnum oc drápu þann ſem þeirr höfdu meirr fyrir ſökinni, ſiþann töku þeirr annann oc veittu hönum maurg oc ſtór harmkvæli med miklum grimmleik, ſva framt at þeirr brutu ſundr báda hanns fotleggi, eptir þat ſtynga þeir grimmu menn út hanns bædi augu, þar med ſkierandi tunguna brott or hanns haufdi oc ſva umannliga vid hann ſkiliandi, at þeir fóru brott, (r) (enn hann lá þar eptir hálfdaudr. Skiótliga ſem þeirr varo brott), hlupu af ſkóginum margir vargar, ríſandi oc ſlítandi holld af beinum þeſs er drepinn lá, farandi eptir þat aptr i ſkóginn, enn af hinum ſára er þat at ſegia, þó at hann mætti ecki med tungunni ſier miſkunnar bidia, hugſadi hann alteins at almáttigr Gud veitti hönum nockorra hiálp, einkannliga renner hann ſínum hug þar til ſem var hinn heilage *Magnus* iarl, þvíat i þeim tíma blómgadiz ſem meſt hanns jarteigna

(p) *omitt.* 351. *O.* (q) oc þackadi Gudi oc hinum helga *Magnuſi* iarli.
(r) *omitt. omn.*

peraret, ſancto comiti Magno *votum fecit, jactavit exinde, &* A. D.
ſenio in altera teſſera ſurſum ſpectavit, alterius vero diffractæ duæ partes, una ſeptem, tres vero tredecem puncta repræſentarunt, unde totam ſuam pecuniam ſortitus eſt.

Cap. 50.

A*ccidit in* Norvegia, *regnante* Haralldo Gillio, *ut opulenti qvidam magniqve nominis viri, fratres duos qvod cognatas ſuas ad ſtuprum allicerent, inſimularent; ſed hæc criminatio falſa erat; nihilo tamen minus divites iſti eos aggreſſi ſunt & comprehenderunt, ab aliis in ſaltum traducentes, eum, qvem magis ſuſpicabantur, occiderunt, ſuperſtitem deinde multum magnumqve tanta crudelitate torſerunt, ut utrumqve ei crus & lacertum comminuerint, qvo facto, truculenti iſti homines oculos ei eruerunt, ex ore præterea lingvam exſcindentes & inhumane adeo relinqventes, ut abirent, ille vero ſemimortuus ibi jaceret. Mox poſtqvam diſceſſerant, á ſaltu multæ accurrebant feræ, qvæ diſcindebant ac dirumpebant ex membris occiſi carnem, poſteaqve in ſaltum redibant; De ſaucio autem referendum eſt, qvod, lingva licet miſericordiam expetere neqviret, ſperaret tamen Deum omnipotentem auxilium qvoddam laturum; animum præprimis ad comitem ſanctum* Magnum *convertit, eo enim tempore miracula ejus qvam maxime inclaruerunt, &, voto nuncupato, comperit*

A. D. teignagerþ, oc at ſaumdu heiti], verdr hann varr at madr er tilkominn ſá er þreifar um brotna leggi handa oc fóta, þarmed tekr hann tungu ſtufinn oc heimtir ſiþaz; hefir hann (s) ſiþán hendr at augnaſtödunum, enn vid þeſſi átauk verda dáſamlig umſkipti, augunn ſkipaz aptr med ſkiærri ſín, tungann er greidlig ordinn til allz frammburdar, brotner leggir voru heilir, oc allr hann ſinni fyrri heilſu aptr golldinn, hann ſierr ſtanda hiá ſier mann fagrann at áliti, vid hverrn hann talar, ſva ſeigiandi, hvert er þitt nafn hinn tígulígi herra? biarti madr ſvarar, her er *Magnus* iarl; enn geym vel at efna þat er þu hefer Gudi heitit; af þeſſu vard hinn fullr fagnadar oc talar ſva i annann tíma, medr þvi háleitr Guds vin at þú hefer veitt mier mikla heilſugiöf, bid ek enn þína milldi at þú árnir bródr minum lifs af Gudi; eptir ſva talat hvarf hinn heilage *Magnus* iarls brott at ſýn, einghu ſvarandi til greindrar bænar, enn hinn fellr framm oc þackar Gudi ſier veitta miskunn, ætlandis at bidia í þeim ſtad II. nættr med ſtadfaſtri bæn til hiálpar bródr ſínum, enn ſem ſtund leid, litaz hann um oc ſier af ſkógi renna margra varga flock þar til ſem hræ hinns andada lá oc ſpyia þar öllu upp ſem etit hafdu af hanns holldi oc beini oc hverfa eptir þat i ſkóginn, oc er litill tími er lidinn, lítr hann heilagann *Magnus* tilkominn, oc blezar med ſinni hægri hendi alltſamt ſpyiu varganna oc beininn, verdr þvi næſt af þeſſu allheill líkamr; heilagr *Magnus* blezar annat ſinn andlauſann líkama, hvar fyrir ſá rís upp heill oc lifandi, ſem ádr var drepinn, oc geingr til bródr ſins, fagnadi þá hverr þeirra ödrum, giörandi Gudi þackir oc hinum heilaga *Mag-*

(s) ſínar. *omm.*

adſtare virum qvi fractos lacertos & crura leviter contrectat, curtam exinde lingvæ partem aſſumit & applicat; oculorum dein locis effoſſorum manus admovet; Verum ad hunc tactum egregiæ fiunt mutationes; oculi, cum diſtincto viſu, reſtituuntur, lingvæ facilis fit verborum qvorumcunqve prolatio, crura, fracta, integra, is totus priori ſuæ ſanitati reſtituitur; videt adſtare ſibi virum aſpectu pulchrum, qvem ſeqventibus affatur; qvo, qværit, nomine gaudes domine ſpectabilis? reſpondet candidus ille; eſt heic comes Magnus; *verum memento ut Deo promiſſis ſtes; hinc ille læta concipit gaudia & vice ſecunda ita loqvitur; præſtans Dei amice! qvoniam magnam mihi largitus es ſanationem, rogo inſuper tuam clementiam, ut fratri meo vitam a Deo prece impetres; his ita dictis a conſpectu illius diſceſſit comes* Magnus, *petenti nihil reſpondens; verum ille ſupplex proſtratus, Deo pro præſtita ſibi clementia gratias agit, duas noctes ibidem, aſſiduis precibus, fratri auxilium expoſciturus; verum paulo poſt circumſpicit videtqve ex ſaltu ad cadaver mortui multarum ferarum turmam accurrere, ibiqve, cum carne, omnia, qvæ voraverant, oſſa revomere & in ſaltum exinde redire; haud multo poſt videt adeſſe ſanctum* Magnum, *dextra ſua qvæ evomebant & oſſa beare; ex his deinde integrum fit corpus; benedicit iterum exanimi corpori ſanctus* Magnus; *integer igitur & vivus, qvi antea occiſus fuerat, ſurgit & fratrem accedit. Gaudent hinc invicem, Deo & comiti ſancto* Magno *pro ſingu-* A. D.

Xxx 3 *lari*

A. D. *Magnuſi* iarli fyrir ſva údvallda miſkunn ſem þeim veittiz. Sva geri oc allir þvílik ſtormerki heyrandi margfölld lof ſönnum Gudi er ſva ſtóra luti veitir ſyndugum mönnum fyrir (t) bænir oc (u) verdleika ſinna elſkuligzſta áſtvina.

(t) blídar. *add. omn.*
(b) biarta. *add.*

(*) Jarteignar Magnus Jarls.

Þat var eitt ſumar er *Wilhialmr* biſkup ſigldi auſtr til *Noregs* nockura naudſynia, oc þegar heim um hauſtit, oc kom nær vetrnottum til *Hialtlands*. Þá lögduz á andvidri oc ſtormar. Enn er lengi vetrar gaf ei birr til eyianna, þá örvænti Biſkup, at hann mundi koma til ſtols ſins firir vor. Styrimadurinn ſpurdi, ef hann villdi ſamþyckia helgi *Magnus* iarls, ef hann ſyngi meſſo inn næſta drottins dag heima. Biſkup ſamþyckti þeſſu at kalla oc meir af naudſyn, enn af aheiti. Enn er þetta var iatad, þá kyrdi vedrattu oc gaf brátt bir hagſtædan, oc ſidan ſigldu þeir til *Orkneyia*, oc kom hann heim en næſta drottinsdag, oc lofudu allir Gud oc hanns enn helga píſlarvott *Magnus* iarl. Nockurer menn ſanna þat, at *Willhialmr* biſkup ſamþyckti ei fyrr at taka or iordu helgann dom *Magnus* iarls, enn ſá atburdr vard þar heima einn dag at hann matti ei ganga or kirkiu, þvi at hann var ordin blindr oc fann ei dyrnar, þar til er hann idradiz ótru ſína, oc gret ákaflega oc bad Gud

(*) *Ex compendio hiſtoriæ ſancti* Magni, *qvod eſt bibliothecæ* Suhmianæ.

lari adeo auxilio gratias agentes. Omnes etiam talia miracula audientes, verum Deum, qvi tanta hominibus peccatoribus, propter preces & merita dilectiſſimorum ſuorum amicorum dat, multiplicibus laudibus celebranto. A. D.

Miracula Comitis Magni.

E*piſcopus* Wilhelmus *æſtate qvadam, negotia qvædam expediturus, in* Norvegiam *orientem verſus forte navigavit, & domum autumno reverſus, circa initium hyemis,* Hialtlandiæ *oris appulit; tunc adverſi venti & tempeſtates ſupervenere; verum cum diu hyemis venti in inſulas ſecundi non flarent, dubitavit epiſcopus ſe ante ver ad ſedem ſuam venturum: Gubernator num ſanctitatem comitis* Magni, *ſi proxime ſeqventi die dominica miſſam domi celebrare contigerit, approbare vellet. Epiſcopus huic verbo tenus conſentat, neceſſitate magis qvam voto inductus. Cæterum cum votum hoc nuncupaſſent, ſedata tempeſtate, auraqve flante ſecunda, in* Orcades *navigant; venit domum ante proximam diem dominicam; laudabant omnes Deum & ſanctum ejus martyrem Comitem* Magnum. *Sunt qvi teſtantur, epiſcopum* Wilhelmum, *ut transferrentur Comitis* Magni *ſacræ reliqviæ, non prius probaſſe, qvam accideret die qvadam domi, ut templo, qvoniam, excæcatus fores invenire neqvivit, egredi non poſſit, donec incredulitatis pœniteret, graves funderet lacrymas, deumqve*

oraret

A. D. Gud at hann mætti hitta leidi *Magnus* iarls, oc er hann kom þar, fell hann allr til iardar, oc het at taka þegar or jördu helgann dom hans, er hann fengi ſýn ſína. Oc er hann lauk bæn ſinni, feck hann ſýn ſína þar vid leidit.

Capitulum.

Epter þat ſamnadi hann ſaman enum vitruztum mönnum oc enum göfguztum i *Orkneyium*, oc kom þá mikill mannfiölldi til *Kriſtzskirkio* i *Byrgisheradi*. Var þá tekinn or jördu heilagr domr *Magnus* iarls, oc voro þá miök komin upp beinin or jordu. Hann let þva beinin, oc taka köggul, oc reyndi i vigdum elldi þriſvar. Enn hann brann ei, helldr vard hann ſem brennt ſilfr. Þat er ſumra manna ſögn, at hann rynni i kroſs. Þá gerdiz þar margar jarteiner af helgumdominum. Sídan toko lærder menn helgann domin oc lögdu in ſkrín, oc ſettu yfer altari. Þat var *Lucie* meſſo fyrir Jol, oc voro þá lidner XX. vetr fra líflàti *Magnus* iarls. Líflátsdagr hanns er halldinn um vorit XVI. *Kalendas Maii*. *Wilhialmr* biſkup baud þá heilagt at hallda hvarntveggia dagin um allt ſitt biſkupsdæmi, oc hann var ſídan i mikilli áſtud vid enn helga *Magnus* iarl. *Wilhialmr* var fyrſtr biſkup i *Orkneyium*, oc rikti LXVI. vetr.

Capitulum.

G*unni* het bondi ſkilgodr i *Veſtrey*, hann dreymdi at hinn helgi *Magnus* iarl kæmi til hanns, oc mællti: Þat ſkaltu ſegia *Wilhialmi* biſkupi, at ek vil fara bort or *Byrgisheradi*

auſtr

oraret ut ſepulchrum Comitis Magni *invenire liceret, qvo* A. D.
ubi venit, humi totus procumbens, mox, ſi viſus ſibi reſtitueretur, ſacras illius reliqvias ſe effoſſurum promiſit; & finita prece, apud tumulum, lucis uſura ei reddita eſt.

Caput.

C*onvocat poſtea ſapientiſſimos & nobiliſſimos in* Orcadibus *viros; hominum magna multitudo apud templum* Chriſti *in provincia* Birgenſi *congregatur. Nudantur ſepulchro ſacræ reliqviæ Comitis* Magni, *oſſa ex ſuperficie fere ſurrexerant; hæc lavari facit & nodum articulorum aſſumi, igne ſacro ter probari, aſt non comburitur, verum argentum defæcatum repræſentavit. Dicunt qvidam eum liqvefactum & in crucem transformatum. Multorum præterea miraculorum cauſa ſacræ reliqviæ extiterunt; has exinde viri docti aſſumtas ſcrinio incluſerunt, qvod ſuper altare collocarunt; erat in feſto* Luciæ *ante tempus Julenſe, viginti poſt cædem comitis* Magni *annis. Dies ejus emortualis XV. Kalend. Maii tempore verno feſtus habetur. Juſſit epiſcopus* Vilhelmus *in tota ſua diœceſi utraqve die feriarentur, & comitem ſanctum poſtea multum ſibi favere expertus eſt. Fuit* Vilhelmus *primus* Orcadum *epiſcopus, annis ſexaginta ſex.*

Caput.

Gunnius *nomen erat incolæ* Veſtreyæ *honeſto; apparuit ei per ſomnium ſanctus* Magnus *comes, ſeqventia fatus; dic epiſcopo* Vilhelmo *me ex provincia* Birgenſi *abire velle* Kir-

A. D. auſtr i *Kirkiovog*, og trui ek þvi at Gud mun þar veita mer miſkun, at þeir munu verda heilir meina, þeir er minn fund ſækia med rettri tru; þu ſkalt ſegia draum þinn diarflega. Enn er hann vaknadi, þordi hann ei at ſegia draumin, þviat hann ugdi reidi *Páls* iarls. Næſtu nott epter ſyndiz honum *Magnus* iarl oc bad hann ſegia þá draumin er fleſter veri vid. Enn ef þu gerir ei ſua, þá muntu taka viti a þer þeſſa heims, enn meira annars heims. Ok er hann vaknadi vard hann ottafullr, oc for til *Hroſseyiar* a fund biſkups oc ſagdi draum at biſkups meſſo i miklum mannfiölda, þar var þá *Páll* iarl, oc bad öll alþyda at biſkup ferdi helgan domin i *Kirkiovog*, ſva ſem *Magnus* iarl hafdi vitrat. Enn *Pall* iarl þagdi hiá oc ſetti dreyr raudan. Sidan for *Wilhialmr* biſkup auſtr i *Kirkiovog* med virduligu föroneyti, oc flutti þangat helgan dom *Magnus* iarls, var ſkrínit ſett yfer altari i kirkiu þeirri ſem þá var i *Kirkiovogi* kaupſtadrinn var lítt huſadr oc hefer hann miök ſídan eflz. Foro þangat ſidan marger menn oc vöktu þar i kirkiu at helgum dominum, oc fengu bot meina ſinna, ef hetu a *Magnus* iarl med rettri tru.

Caput.

Madr het *Elldjarn* oc var *Varda* ſon, hann atti kono oc mart barna, oc bió nordr i *Kelldubverfi*. Enn i hallæri miklu þá vard hann fátækr oc vanheilſu fullr, ſva at hann mátti ei ſialfbiarga verda, oc med ſva litlum mætti vard hann, at hann mátti ei ganga, oc var ekit milli bæia. Þat var epter Páſka

kiuvogum, *ubi Deum gratiam, qvod ſcilicet dolores ſanentur eorum qvi ad me vera fide veniunt, mihi exhibiturum credo. Somnium tuum audacter expoſito. Cæterum expergefactus, ſomnium narrare non auſus eſt, iram enim comitis* Pauli *metuebat. Nocte proxime ſeqventi comes* Magnus *ei apparuit, jubens ut, qvam plurimis præſentibus; ſomnium patefaceret; Qvod, inqvit, ſi non feceris, pœnas qvidem in hac, majores vero in altera vita, lues. Verum ſomno excitatus & metu perculſus, epiſcopum,* Hroſſeyiam *eundo, convenit, &, ab eodem miſſa celebrata, ſomnium, præſente hominum multitudine, coram edixit; hinc, adſtante comite* Paulo, *tota plebs epiſcopum, ut ſacras reliqvias, qvemadmodum juſſerat per ſomnium Comes* Magnus, *transferret, rogavit; Aſt Comes* Paulus, *audiens, tacuit & ſangvineo perfuſus eſt rubore. Ivit exinde epiſcopus* Vilhelmus *orientem verſus* Kirkiuvogum *conſpicuo cum comitatu, eodemqve ſacras reliqvias comitis* Magni *devexit; ſcrinium ſuper altare in templo, qvod tunc erat* Kirkiuvogi, *collocatum eſt. Oppidum, cujus paucæ erant domus, inſigne poſtmodum cœpit augmentum. Iverunt eo poſtea multi & in templo apud ſacras reliqvias vigilarunt, ſiqve vera fide comiti* Magno *vota facerent, ſanati ſunt.* A. D.

Caput.

E*rat qvidam nomine* Elldjarn Vardi *filius, habebat cum uxore multos liberos & in tractu* Kelldenſi *ſeptentrionem verſus habitabat; Gravi vero graſſante fame ad paupertatem redactus, ægrotaret adeo ut ſibi ipſi non ſufficeret, exiguæ adeo ejus vires ut incedere neqviret & inter villas traha*

 geſta-

A. D. Páſka um vorit at hönum var ekit vattdag oc föſtodag oc laugardag, oc hafdi enga-fæzlu, hann kom at noni laugardag þar ſem preſtr bio, oc var þar um nottina, oc um morginin er menn foro til ottuſöngs, bad hann at hann ſkylldi bera til kirkiu, oc þat var gert. Epter óttuſöngin foro menn inn milli tida, enn hann lá uti þar ſem um hann var buit. Var hann þá ſva máttitill, at hann ætladi þá mundu yferlyka, honum kom þat oc i hug hverr verit hafdi fyrr hagr hans, þá er hann átti vel fe; Þetta allt ſaman oc bæn ſu er hann badz firir fell hönum ſva nær, at hann komz vid míök, þá tok kann oc het VI. dægra föſtu, ef Gud gæfi honum nockurra heilſu. Þeirri föſtu het hann bædi firir *Olafs* meſſo oc *Magnus* meſſo. Þá er hann hafdi mælt firir heiti ſíno, foro menn til tída oc ſöng preſtr til meſſo. Þá er leſinn var piſtill, ſofnadi hann, enn þeir er hiá voro, hugdu hann andaz mundu. I ſvefninum bar ſýn fyrir hann, at hann þottiz ſiá lios mikit innar i ſönghuſit, enn þat fór utar til hans, hann ſá med lioſinu mann frídann oc ſá mællti til hanns. *Elldjarn* kvad hann, máttu lítit nu? hann þottiz ſuara ſva þicki mer, enn þo má vera at þat ſe ei. Enn hver ertu, hann ſvaradi: her er enn helgi *Magnus* iarl *Erlendz* ſon; villtu heill verda. Hann ſvaradi: villda eck; *Olafr* konungr enn helgi heyrdi bæn þína, oc heit þat, er þu hetz á ockr til heilſubotar þer; Enn hann ſendi mik hingat at gefa þer heilſu, þvi at kona het á hann veſtr i fiördum, oc for hann þangat at gera hana heila. Þá tok *Magnus* iarl at fara höndum um hann. Enn hann vaknadi þá er upp var hafit gudſpiall, hann mællti vid þá menn er neſter voro, at þeir reiſti hann upp, enn þeir ſvaradu: hvi mundu ver reiſa þick upp er þu mátt þvi ecki, hann ſuaradi:

ek

geſtaretur. Fuit vere poſt feſtum Paſcatos cum die Jovis, *vene- ris & ſaturni, eſca omnino carens, portaretur; venit circa* Nonam *diei ſaturni in prædium qvod incolebat ſacerdos ibiqve per- noctavit; mane ſeqventi cum ad cantum mututinum (hora nona) irent, rogavit ut ad templum portaretur, qvod & factum. Finito cantu, donec ſacra rurſus celebranda erant, habitaculum ingreſſi ſunt, ille autem in ſtrato lectulo recu- babat, tunc viribus adeo deſtitutus ut ſe moriturum puta- ret; priſtinum etiam ſuum, cum dives erat, ſtatum in men- tem revocavit; hæc omnia & preces, qvas fundebat eum adeo movebant ut perdoleret; hinc conſilium cepit, ſex ſemi- dierum jejunium, ſi Deus ei ſanitatem qvandam daret, vo- vendi; hoc & ante* Olai & Magni *feſtum promiſit. Cum votum oratu nuncupaverat, ſacra freqventantibus, ſacerdos miſſam celebraturus cecinit; lecta epiſtola, ſomno ſepultus eſt æger, adſtantes vero moriturum putarunt. Per ſomnum vi- ſio ei apparuit, lumen nempe magnum inter canentes, qvod ad eum delatum; ſeqvebatur lumen vir venuſtus, qvi ipſum alloqvebatur;* Elldjarn, *qværit numqvid parum nunc reviſcis. Mihi, qvidem, reſpondet, videtur, forſitan tamen non eſt; Verum, interroganti qvis eſſet, reſponſum dat ille; hic eſt ſanctus Comes* Magnus Erlendi *filius, an vis tibi reſtui; volo, regerit; Sanctus rex* Olaus *exaudiit preces tuas & vo- tum qvod nobis in tui ſanationem nuncupaſti, aſt me huc ad dandam tibi ſalutem miſit, mulier enim occidentem ver- ſus in* Sinubus *ei votum fecit, unde illuc ipſi ſanitem redditurus ivit. Cæpit, his dictis, Comes* Magnus *manibus eum contrectare, verum cum evangelium recitaretur exper- gefactus* Elldjarn, *ſibi proximos, ut ipſum erigerent, rogavit; illi autem reſpondebant; cur te tolleremus ſtando imparem; ad*

A. D.

hæc

A. D. ek ætla mik nu heilann. Þeir toko til hanns oc reiſtu hann á fætr, oc ſtod hann um allt gudſpiallit oc ſva um alla meſſuna þadan i frá. Epter meſſo geck hann innar at preſti oc ſagdi jarteinina, hverſu hann hafdi gefit hönum heilſu. Enn allir lofudu Gud firir þa miſkunn er hann þeim veitti firir verdleika ens helga *Magnus* iarls; Hann árni oſs miſkunnar oc ſyndalausnar vid drottinn varn *Jeſum Chriſtum*, er med fedr oc helgum anda lífer oc ríker Gud um allar allder amen.

hæc Elldjarnum, *ſanum ſe ſibi videri aſſerentem, elevarunt,* A. D.
qvi deinde evangelium & totam ſubſeqventem miſſam ſtans audivit. Poſt miſſam ſacerdotem acceſſit, miraculum patefecit qvo modo ſalus ei data fuerit. Omnes autem pro gratia, qvam propter merita comitis ſancti Magni *exhibebat, laudarunt Deum. Conciliet nobis gratiam & peccatorum remiſſionem apud Dominum noſtrum* Jeſum Chriſtum, *qvi cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula amen.*

Seqvem

Seqvens

DIPLOMA

Exſcriptum eſt

ex

Jam. Wallace's Account of the Islands of ORKNEY.

Qvoniam inter ceteras fluctuantis ſeculi curas & ſolicitudines, penſata temporum, morum ac hominum in hac lacrimarum valle, labilitate & brevitate, teſtante venerabili illo Cronographo *Martino*, Domini noſtri pape Penetentiario & Cappellano, neceſſe videtur de congruo extrahere progenitorum, regum, principum & aliorum preclarorum genelogias per qvas mundus iſte tranſitorius regitur, Reges regnant & principes gubernant ſignantqve; in deduccionem & agniccionem veritatis, qvo ad eorundem ſucceſſionem vereſimiliter evenire ſperatur. illuſtri ergo & excellentiſſimo Domino noſtro, principi ſupremo, Norwegie regi, ſuisqve ſucceſſoribus, ſatrapis, patriciis, conſulibus & proceribus dicti regni, *Thomas* Dei & Apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Orcadie & Zetlandie, Canonici Eccleſie Cathedralis ſancti *Magni* Martyris glorioſiſſimi, legifer, ceteriqve; proceres, nobiles populus ac communitas ejusdem, gracia, pax, caritas, gaudium longanimitas, miſericordia a Deo patre omnipotente & a Jeſu Chriſto in Spiritu ſancto. In omnibus vobis per qvem reges regnant & in cujus manu corda ſunt regum cum omni ſubjectione, humilitate & obediencia prompti & A. D. 1403

A. D. parati veſtram in Jeſu Chriſti viſceribus zelantes & ſicientes ſalutem in caritate non ficta. Reqvirentes ut in dicendis in noſtra ſimplicitate veſtra ſuppleat regia ſublimitas, & qvia ſcimus firmiter & longi temporis ſpacio, efficax rerum magiſtra, nos experientia docuit, qvod in dubium non revocamus qvaliter erga Comites Orcadie, regalis ipſa ſublimitas, zelum ſemper exuberantem exercuit, qvamobrem firmam ſpem gerimus, plenamqve fiduciam obtinemus qvod illa regia majeſtas verba noſtra benigne recipiat, diligenter intelligat & effective proſeqvatur, ut infra pectoris clauſtrum ſolicite conſiderare convenit ipſa regia ſinceritas & diligenter attendere, qvod adulatorium voſtre ſerenitati aliqvid non ſcribimus, qvod ſecundum *Petrum Bleſſenſem* in ſuo prologo canentem, olei venditores eſſe non intendimus, ſed patefacciones veritatis.

Ergo arbitramur pium eſſe & meritorium, teſtemonium perhibere veritati ne veritas occulcetur, preſertim illa perqvam innocenti poſſit prejudicium generari, & cum uterqve reus eſt qvi veritatem occultat & mendacium dicit, qvia ille prodeſſe non iſte nocere deſiderat, qvod a nobis Deus avertat, potiſſime cum in dicendis per qvondam recolende memorie *Erici* veſtri predeceſſoris regis noſtri admoniti patentes literas fuiſſemus teſtemonium perhibere veritati prout lacius in ſeqventibus patebit. Hinc eſt qvod nos *Thomas* Epiſcopus, Capitolum, Canonici, Legifer ceteriqve proceres, nobiles, populus, communitas ſive plebei antedicti, coram Deo in fide ac fidelitate qvibus veſtre regie Majeſtati tenemur aſtricti fideliter atteſtamur & ad perpetuam rei memoriam deducimus fidemqve facimus vobis & omnibus preſentibus & futuris. Jeſu Chriſti fidelibus ſancte matris eccleſie filiis in forma & effectu ſubſeqventibus. Coram nobis congregatus, comparens magnificus & præpotens Dominus, Dominus *Willielmus* de Sancto *Claro* Comes

Orcadie

Orcadie Dominus le *Sinclar* in eccleſia Sancti magni martyris in Orca- A. D.
dia propoſuit in hunc modum; ſuppoſuit enim qvod nobis bene & ad plenum cognita res fuiſſet, qvo modo magnis retroactis temporibus anteceſſores ſui & progenitores ac ipſi Orcadie comites juſte ac juridice, inconcuſſe, linialiter & gradatim jure hereditario comitatui Orcadie ſuperdicto ſucceſſerant ac illam per tempora magna & longeva nulla aliena generatione interveniente, qvietiſſime poſſederant. Et qvaliter diverſe carte, evidencie, inſtrumenta libri cenſualis & alia diverſa probationum genera fuerant igne conſumpta, deperdita & alieneta, hoſtilitatis tempore & gverrarum, emulorum inimicorumqve nonnullorum, defectu & carencia firmiſſime domus ſeu municionis inexpugnabilis ubi hujusmodi collocarentur; ſubjunxit idem Dominus Comes qvod habuit literas qvondam ſupremi Domini noſtri Regis *Erici* illuſtris, Patentes, qvas nobis oſtendit & percepta continentes ſubſeqvencia, ſcilicet qvodſi qvis noſtrum habuerit vel qvi habuerint aliqvas cartas, evidencias, cirographa, inſtrumenta, munimenta, codicillos, acta vel privilegiorum literas ad progenitores anteceſſores vel ad ſe ſpectantes, dictumqve ſuum commitatum concernentes, qvod indilate & ſine mora aut contradictione ſeu obſtaculo qvibuscunqve eidem Domino Comiti deliberaret vel deliberarent, ſecundum qvod ipſius Domini noſtri Regis evitare velimus indignacionem. Virtute qvarum literarum ſicut eadem comitis continebat propoſicio nos reqviſivit ut ſi de hujosmodi antedictis munimentis, aliqva habuiſſemus in noſtris ſcriniis, Apothecariis, Thecis, Ciſtis, Archivis ſeu cartophilaciis, qvod ipſam ſibi deliberaremus & in caſu qvo non habuerimus, ſed ſciremus ab aliis ea haberi qvod ſibi intimaremus & revelaremus. Et ſi nec unum nec reliqvum ſciremus, tunc nos reqviſivit earundem literarum autoritate, qvatenus nos Deum, juſtitiam & eqvitatem pre oculis habentes in declarationem veritatis velimus ſagaciter & ſtudioſe

 mature

A. D. mature digeſtis iterim ac tertio perſcrutari ſcripturas, cronicas, autenticas & approbatas qve faciunt fidem, illas perlegere, diligenter inſpicere, ſane concipere & intelligere, ac naturas infeodacionis & eccleſiarum fundacionis perſpicue intendere, qvibus ſic mature rimatis & ad plenum diſcuſſis velimus ſupremo Domino noſtro manifeſtare per genealogias accronicas, autenticas, per qvos & a qvibus lineater & gradatim idem *Willielmus* Comes proceſſit & per qvanta tempora, legitime, juſte, bene & inconcuſſe predeceſſores ſui & ipſe gaviſi ſunt dicto Comitatu cum univerſis & ſingulis ſuis inſulis, commoditatibus & juſtis ſuis pertinenciis, ne hujusmodi ſucceſſio ultra debitam procelaretur hominum memoriam. His omnibus ſic propoſitis, aviſatis, diſcuſſis, digeſtis mature & ad plenum conceptis & intellectis, habitis prius diverſis & ſingulis hinc inde tractatibus, ad honorem Dei omnipotentis, manifeſtationem veritatis & obedienciam & reverenciam ſupremi Domini noſtri Regis tanqvam filii obediencie preceptarii mandatarii prout decet in his qvæ audivimus a ſenioribus noſtris, deinde qve legibus intelleximus & concepimus & ad plenum ſano effectu degeſſimus per libros Scripturas, cronicas regnorum utrorumqve Scocie & Norwegie & progenitorum eorundem; ſic qvod ſingulariter ſinguli & univerſaliter univerſi, uno animo, una fide, unico conſenſu & aſſenſu reſpondemus fidem ut perfertur & teſtemonium veritatis facientes univerſis ſuperſcriptis. Qvod univerſa genera munimentorum, cartarum evidenciarum & aliarum probacionum ſpecies qve apud nos erant, ob reverentiam ſupremi Domini noſtri dicto Domino Comiti deliberavimus & exhibuimus antedictum comitatum concernencia. Sed verum eſt & in veritate atteſtamur ex relatione fide dignorum anteceſſorum & progenitorum noſtrorum qvod principulus & precipuus manſus ſive manerium Dominorum Comitum Orcadie fuit diverſis temporibus igne combuſtus & ad nihilum redactus & funditus deſtructus & patria tota depredata

depredata & vaſtata per emulos noſtros & inimicos per qvas depreda- A. D.
ciones, conſumptiones & deſtrucciones firmiter credimus qvod principales evidencie, carte & alie patentes, diverſe litere fuerunt & ſunt alienate & conſumpte ſpectantes & concernentes ad anteceſſores & progenitores dicti Domini Comitis defectu unius caſtri in qvo tutiſſime ipſe evidencie, & carte & alia patrie jocalia firmiſſime poterant collocare. Aſt qvantum ad linealem progreſſum & gradum ſucceſſionis dicti Domini Comitis & ſuorum anteceſſorum ſeu progenitorum Comitum Orcadie, nos prenominati ſuperius expreſſatis, juſta noſtrum ingenium, ſenſum & intellectum preſcrutati ſumus & mature aviſati luſidiſſime per diverſa lingvarum genera, Scripturas autenticas & approbatas cronicas ſcilicet in lingva latina & Norvegica per qvas reperimus infeodaciones eccleſiarum noſtrarum, genealogias noſtras & anteceſſorum noſtrorum, cartis & evidenciis ipſorum & noſtrorum manifeſtantibus & claro ſtili eloqvio teſtimonium perhibentibus ac fidem facientibus, in qvibusdam Cronicis, libris, cartis ac aliis autenticis ſcripturis reperimus nomina diverſorum comitum Orcadie tempora infeudacionum ipſorum juxta modum & forman ſeqventem, ſed de eorum ſtrenuis & notabilibus operacionibus, geſtis, nominibus filiorum filiarumqve ſuarum, de modo migrandi ab hac luce, de diviſione ſeu unione hereditatis ipſorum, de incremento vel decremento poſſeſſionum ſuarum pro preſenti brevitatis cauſa pretermittimus; & nos ad antiqvas cronicas & genealogias autenticas & approbatas refirimus.

Reperimus itaqve imprimis qvod tempore *Haralldi* Comati primi Regis Norvegie, qvi gaviſus eſt per totum Regnum ſuum, hæc terra ſive inſularum patria Orcadie fuit inhabitata & culta duabus nacionibus ſcilicet Peti & Pape, qve due genera naciones fuerant deſtructe

Haralldus Pulchricomus.

A. D. radicitus ac penitus per Norvegenſes de ſtirpe ſive de tribu ſtrenuiſſimi
Rognvald Mæra iarl. principis *Rognaldi*, qvi ſic ſunt ipſias naciones aggreſſi qvod poſteritas ipſarum nacionum Peti & Pape non remanſit. Sed verum eſt qvod tunc non denominabatur Orcadia ſed terra Petorum ſicut clare verificatur hodie adhuc cronica atteſtanta, per mare dividens Scociam & Orcadium qvod usqve ad hodiernum diem mare Petlandicum appellatur & ſicut pulchre ſubjungitur in iisdem cronicis Rex iſte *Haralldus Comatus* primo
Hetland. applicuit in Zetlandiam cum claſſe ſua & conſeqventer in Orcadia & contulit illam Orcadiam & Zetlandiam antedicto principi *Rognaldo* robuſto, ex cujus ſtirpe ut perfertur prefate due naciones, fuerant everſe & deſtructe ſicut cronice noſtre clare demonſtrant, a qvo qvidem *Rognaldo* proceſſerunt linealiter & gradatim omnes Comites Orcadie & poſſederunt temporibus ſuis dictum Comitatum libere ſine qvacunqve exaccione qvocunqve Canone ſeu ſenſu, excepto obſeqvio preſtando regibus Norvegie tributi racione, ſicut in clauſula ſeqventi lacius patebit qve in Cronica de verbo in verbum continetur. Revera enim usqve hodie illorum poſteritas dominio ſubjacent excepto qvod jure tributario Norvegie regibus deſerviunt; Qvi qvidem principes *Rognaldus* ſtrenuiſſimus hu-
Sigurdus Eyſtani. jusmodi comitatum libere & jure donavit cuidam fratri ſuo *Swardo* nomine, qvi Comes *Swardus* procreavit qvendam filium *Gothurnum* nomine, qvi Comes *Gothornus* poſſedebat dictum Comitatum per unum annum & deceſſit ſine herede legittimo & ſic reverſus eſt dictus Comitatus dicto principi *Rognaldo*, qvi pure & libere illum contulit cuidam
Torff Enarus. filio ſuo *Egvard* nomine qvi poſtea cognominabatur *Turffeid*, qvi qvidem per longa tempora poſſedebat dictum Comitatum & habundavit opibus & plenus
Thorfinnus Hauſakluſus fuit diviciis. Cui ſucceſſit filius ejus *Thurwider Gedclevar* cui ſucceſſit filius
Lodver. ejus *Itlanderver* cui ſucceſſit filius ejus Comes *Swardus* robuſtus ac corpo-
Sigurdus Digri. lentus, magnus & ſtrenuiſſimus bellifer, adhuc tamen non fuit regeneratus

ratus ſacri baptiſmatis lavacro neqve alii Comites prenominati. In cujus qvidem Comitis *Swardi* diebus ſupervenit *Olaus Thurgonus* Rex illuſtriſſimus de occidentalium partium gverris, cujus inducccione Comes ille *Swardus* una cum gente Orcadie devenerunt, Chriſtiani gentilitatis relinqventes errorum. Cui Comiti *Swardo* ſucceſſit filius ejus comes *Thurſinus* procreatus ex filia qvondam excellentiſſimi Principis *Malcomi* Regis Scotorum illuſtris. Qvi qvidem Rex contulit dicto *Thurſino* terras de Cathnes & Sutherland ſub unica denominatione comitatus in Scocia & illis gaviſus eſt una cum comitatu Orcadie Zetlandie & pluribus aliis dominiis in Scocie Regno jacentibus & vixerat diu & ſtrenuiſſimus erat in campis poſt cujus qvidem Comitis *Thurſini* obitum ſucceſſit ſibi ejus filius Comes *Erlinus* primus & iſte *Erlinus* primus genuit Comitem *Paulum* & *Erlinum* ſecundum qvi *Paulus* Comes genuit Comitem *Hacoin* Comes, *Erlinus* ſecundus procreavit Comitem *Magnum* glorioſiſſimum Martyrem patronum Orcadie qvi ſanctiſſime abiit ab hac luce virgo & martyr. Poſt cujus qvidem *Magni* martyris deceſſum & poſt obitum Comitis *Hacoin* ſucceſſit Comes *Rolandus* qvi primo fundavit Ecleſiam Sancti *Magni* Martiris; illamqve magnis poſſeſſionibus diviciis & redditibus dotavit, predictus virqve ſapiencia & virtute polebat per plura bona pietatis opera famabatur venerabaturqve & reputabatur, pro ſancto viro. Poſt cujus qvidem obitum ſucceſſit ejus frater *Ericus* comitatui Cui ſucceſſit Comes *Harildus* Cui ſucceſſit Comes *Joannes* filius ejus, Cui *Joanni* ſucceſſit Comes *Magnus* Secundus a qvo *Alexander* Scotorum Rex cepit comitatum de Sutherland Cui *Magno* Comiti ſecundo ſucceſſit Comes *Gilbertus* primus, cui ſucceſſit Comes *Gilbertus* Secundus ejus filius qvi gaviſus eſt comitatibus Orcadie & Cathnes in Scocia. Qvi qvidem *Gilbertus* ſecundus procreavit *Magnum* tertium & qvandam filiam *Matildam* nomine; Iſte Comes *Magnus* filius *Gilberti* ſecundi genuit Co-

A. D.

Olaus Tryggonis.

mitem

A. D. mitem *Magnum* qvartum & qvondam *Joannem* & ille *Magnus* comes qvartus ab hac luce abiit ſine prole, qvi ſucceſſit *Joannes* ejus frater in antedictis comitatibus Orcadie & Cathnes, *Joannes* iſte genuit qvendam *Magnum* Comitem qvintum. Cui *Magno* qvinto jure ſucceſſionis linealiter ſucceſſit Dominus *Maliſius* comes de *Straterne* in Scocia tanqvam heres legittimus jure hereditario ad utrosqve comitatus Orcadie & Cathnes ſicut clariſſime manifeſtant munimenta, evidencie & carte utrorumqve regnorum Scocie & Norvegie. Qvi qvidem Comes *Maliſius* revera primo deſponſavit filiam Comitis de *Monteith* in Scocia & ex ea genuit filiam *Matildam* nomine poſt cujus qvidam prime uxoris obitum deſponſavit filiam qvandam qvondam *Hugonis* Comitis de *Roſſe* & ex ea procreavit qvatuor filias & deceſſit ſine maſculis ſicqve ejus domine terre & poſſeſſiones fuerant diviſe inter illas filiam vero antiqvoirem ex prima uxore procreatam *Matildam* ſcilicet duxit in uxorum *Welandus* de *Ard* qvi ex ea procreavit qvendam filium *Alexandrum* de *Ard* qvi *Alexander* jure Regne Scocie & conſvetudine hereditaria ſucceſſit Comiti *Maliſio* de *Strathern* in principali manario ſive manſo ratione ſue matris Comitatus de Cathania & poſſedebat jure & appellacione Comitis & eadem ratione & eodem jure gaviſus eſt certa perticata ſive qvantitate terrarum Orcadie & gerebat ſe pro Balivo & Capitaneo gentis Orcadie Norvegie Regis ex parte idemqve *Alexander* de *Ard* tempore ſuo vendidit & alienavit qvondam recolende memorie Domino *Roberto Stewart* primo Scotorum Regi dictum comitatum de Cathnes manſum ſive manerium principale & omnia alia jura ſpectancia ſeu concernencia ad ſe ratione matris ejus tanqvam ad antiqviorem ſororem jure & conſvetudine regnorum Scocie cum denominacione comitatus ſive Comitis, iſte vero *Alexander* finialiter deceſſit ſine herede de ſuo corpore qvocunqve legittimo procreato. Nunc vero vertamus ſtylum

ad

ad qvatuor filias ex ſecunda uxore procreatas, qvarum una deſponſata erat cum Domino *Willielmo* de Sancto Claro Domino le *Sinclar* qvi Dominus *Willielmus* ex ea genuit Dominum *Henricum* de Sancto Claro, qvi Dominus *Henricus* deſponſavit *Jonnetam* filiam Domini *Walteri* de *Haliburton* Domini de *Dirletoun* & ex ea procreavit Dominum *Henricum* de Sancto *Claro* ſecundum qvi ultimo deceſſit comes Orcadie indubitatus qvi in uxorem habuit venerabilem Dominam *Egidiam* filiam filii antedicti qvondam Domini *Roberti Scotorum* Regis illuſtris filiamqve qvandam ſtrenuiſſimi Domini *Willielmi* de *Douglas* Domini de Nydysdale & ex ea procreavit preſentem Dominum *Willielmum* de Sancto *Claro* comitem Orcadie, Dominum le *Sinclare*. Qvedam alia filia ſecunde uxoris deſponſata fuit cum qvodam milite denominato *Here Ginſill* de *Swethrick* partibus oriundo, qvi vero miles in Orcadie partibus venit & jure ac ratione ſue uxoris gaviſus eſt qvadam parte terrarum Orcadie qve qvidem uxor ab hac luce ſine herede migravit legittimo ex ſuo corpore procreato. Tertia vero filia ſecunde uxoris fuit nupta cum qvodam *Gothredo* nomine *Gothorno le Spere* qvi ex ea procreavit qvendam filium Dominum *Maliſium le Spere* militem qvi tandem deceſſit ſine herede legittimo de ſuo corpore genito ſimiliter & qvarta filia deceſſit ſine herede ex ſuo corpore legittime procreato. Verum iſte Dominus *Henricus*, primus Dominus *le Sinclare*, ejus matre, *Alexandro* de *Ard* & Domino *Maliſio Spere* adhuc viventibus ad Dominum noſtrum ſupremum regem Norwegie adivit *Hocoin* nomine cum qvo rege certas fecit paciones, condiciones & appunctuamenta per qvas reverſus eſt ad Orcadie partes illisqve gaviſus eſt usqve ad extremum vite ſue comesqve Orcadie obiit & pro defenſione patrie inibi crudeliter ab inimicis peremptus eſt. Et poſt deceſſum iſtius *Henrici* comitis primi in Orcadie partibus ſupervenit dicti Comitis *Henrici* primi mater filia Domini A. D.

A. D. mini *Maliſii* Comitis prenominati & ibi fixe remanſit usqve poſt obitum filii ejus *Henrici* Comitis primi & ſupervixerat poſt obitum omnium ſororum ſuarum, filiorum filiarumqve ſuorum ſic qvod ipſius antedicti qvondam Comitis *Henrici* primi mater ſucceſſit omnibus ſororibus ejus eorundemqve filiis & filiabus tanqvam unica & legittima heres comitatus Orcadie & terrarum de Cathnes ſibi tanqvam uni ſorori debitarum parte duntaxat & porcione exceptis ſororis ſue antiqviores de terris de Cathnes ſub denominacione & appellacione comitatus ſive Comitis qvam partim ut ſuperius dictum eſt alienavit & vendidit ipſe qvondam *Alexander* de *Ard* regi Scocie prenominato. Hujusqve rei teſtes ſunt adhuc viventes fide digni qvi ipſum matrem *Henrici* primi oculis viderunt labiisqve ſunt locuti cum ea communicantes ad plenum Cui ſucceſſit nepos *Henricus* ſecundus filius primi *Henrici*, cui *Henrico* ſecundo ſucceſſit preſens & ſuperſtes Dominus *Wilielmus* comes modernus Dominus *le Sinclar.*

Excellentiſſime Princeps ut premiſſimus in principio ita fine proteſtamur qvod veſtra ſereniſſima regia ſublimitas ac ipſius benigniſſima majeſtas Juſta ingenii noſtri modulum & ſenſuum capacitatem nos linqva naturam incultam nebulis ignorancie multipliciter obfuſcatam velit rudes indoctos a Rhetorica & ſciencia alienas in fecunda facundia ignaros habere excuſatos qvamvis barbarico more non poetice locucionis, modo groſſo loqvamur, qvia Inſulares ſumus a literarum ſciencia penitus alieni, imo qvod condecenti rhetorice locucionis ſtilo ſive Scriptura non referimus veſtre regie majeſtatis ea & nos ſubmittimus correctioni. Sed verum eſt ut atteſtamur qvod more noſtro barbarico omnia qve ſuperius veſtre majeſtati ſcribimus vera ſunt, qvia ex antiqvis libris, ſcripturis authenticis, cronicis approbatis & relacionibus

bus fide dignorum anteceſſorum noſtrorum, ac infeodacionibus noſtris A. D.
eccleſiarum noſtrarum iſta extruximus & compilavimus. Et ſi opus eſſet plura qvam in preſenti epiſtola veſtre celſitudini lacius manifeſtare ſciremus ipſamqve in premiſſis informare, ſed qvia longa ſolent ſperni, hec pauca ſufficiunt pro preſenti. Et ut hæc noſtra epiſtola taliter qvaliter compilata veſtre regie majeſtati ac dominis veſtri conſiſtorii & palacii circa latera veſtra exiſtentibus majorem fidem ac roboris firmitatem faciat animos veſtros ad plenum informet ac inter archane

veſtrorum radicem emittat veritatis firmam & ceteros Chriſti fideles ſanctæ matris Eccleſie filios inſtruat ad Deum & ſacroſancta Dei Evangelia per nos corporaliter tacta juramus qvod premiſſa modo qvo ſuper relata deponimus ad Dei honorem veſtreqve celſitudinis, predeceſſoris mandatum & non alias nec prece nec precio, odio, amore vel favore vel ſub ſpe cujuscunqve muneris preſentis vel futuri ſed pro veritate duntaxat dicenda. In qvorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum ſigilla *Thome* Epiſcopi, Canonicorum & Capituli antedictorum, totiusqve populi & communitatis patrie noſtre Orcadie qvod dicitur ſigillum commune & mei *Henrici Randale* legiferi in noſtra publica & generali ſeſſione non ſine magna maturitate & plena digeſtione preſentibus ſunt appenſa apud *Kirkwaw* menſis Maji die qvarto Anno Domini milleſimo qvadringenteſimo tertio.

A. D.

FRAGMENTUM
ex No. 103. in Folio. (*)

Imperavit *Hetlandiæ*, alias *Finland* & *Qvenland*, qvæ ab aliis oriente maris *Gandvig* propinqvi, nobis *Helſingiabond*, ſita eſt, rex nomine *Forniotus*; filii ei erant tres, primus *Gler*, nobis *Egi*, ſecundus *Loge*, tertius *Tari*, huic filius *Froſtius*, pater *Sneiſis*, patris *Thoreris*, qvi duos habebat filios, *Noerem* & *Goerem*; filia ei *Goa*; Religionis ſtrenuus ſectator, ſacrificium, dictum *Thorrablot*, media qvavis hyeme, unde etiam menſis nomen trahit, fecit: hyeme qvadam, inter ſolennia hæc ſacra, *Goa*, omnibus inſciis deſiderabatur, qværitur, non autem invenitur; Exacto menſe iſto, proxime ſeqventi, *Thoer* victimam *Goeblót* obtulit, eum in finem, ut de *Goa* certiores redderentur; aſt fruſtra. Tertia poſtea hyeme fratres ſe ſororem exqviſituros pollicentur, loca perluſtranda ſortiti, *Noer* continentem, *Gor* vero inſulas, unde hic, nave vectus, curſum per mare dirigit, hinc in mare Jutiæ delatus, *Sveciæ* Peninſulas & omnes in orientali mari ſitas inſulas, poſtea *Gythlandiæ* ſcopulos ſcrutatur; ad Daniam exinde tendit & ſingulas ejus inſulas tranſit, ſuos ibi cognatos, *Gleris Gamli* in Leſſöe, poſteros, convenit; pergit exinde, ſorore non exqviſita. *Noer*, donec hyeme, cum terra nive tegeretur, xyloſoleis vehi poſſet, manebat; ex Qvenland tunc intra mare progreſſus, ad homines qvi *Lappones* audiunt & pone *Finniam* habitant pervenit, cum his, tranſitum prohibentibus congreditur eosqve fugat, ipſe qvippe, non ſecus ac exercitus, magiæ peritiſſimus; inde occidentem verſus in *Kiöl*, ſine ullis obviis, tendunt diuqve pergunt, feras avesqve, qveis

(*) *Hoc in reliqvis non habetur & initium eſt hiſtoriæ; vitioſe ſcripti exemplaris ſcopum tantum retinere poſſumus.*

qveis victitent, jaculantes; Veniunt ad occaſum verſus de montibus deci- A. D.
dentem fluvium eundemqve labentem ſeqvuntur, donec ſinum magnum, ſummam vaſtitatem præ ſe ferentem, conſpiciunt, & multas ibi valles, undiqve cultas; ad ſinum deſcendunt & cum congregatis ibidem pugnam ineunt; *Noer* heic victor, vicinia loca peragrat ac tractus & omnium intra tribuum rex evadit; æſtate ibi transacta, cum montes nix tegeret, vallem, ſecundum auſtrale tractus, qvi *Thrandia* nunc audit, latus, ſuperat; Qvosdam ex ſuis, ingentes enim utriqve fratri copiæ, auſtrum verſus in *Meriam* ablegat; qvoscunqve ſibi in itinere obvios ſubigit; Ad auſtrale montis, qvi ad vallis ſuprema, latus progreſſus pergit usqve qvo ad ſtagnum *Miors* pervenit, occidentem verſus, ſuos enim a rege, cui nomen *Soknius*, cæſos audivit, a monte vergit; venit in tribum *Valdures*, inde mare verſus ad longum anguſtumqve ſinum, hodie *Sogniam*, congreditur hic acri pugna cum *Soknio*; illi magici ipſorum doli probe noti. *Noer* ſummam certando virtutem præſtat & cum *Soknio* tandem confligit & eum, cum magno ſuorum numero, ſternit.

Cap. 2.

His geſtis, *Noer* in tractum a *Soknia* aqvilonem verſus, qvi *Soknio* paruerat, nunc Soknedal, pergit; moratur ibidem diu; locus *Nordfiord* appellatur. Convenit eum heic frater *Goer*, qvi nihil omnino de ſorore *Goe* audiverat, aſt qvæcunqve extra continentem ſubegerat; Diſtribuunt tunc loca ſubacta; obtinet *Nor* continentem; *Goeri* omnes inſulæ, inter qvas navigare poſſet, cedunt. In *Oplandias* exinde tendit *Noer*; regimen ibi *Bergis* erat apud *Rolfum* regem, filium *Svadi* Jtteris, a ſeptentrionem verſus jacentibus *Dofrum*; abduxerat hic *Goam*, *Thoris* filiam, unde *Noeri* ſecum certandi dat optionem, & poſt longam, aſt

A. D. victoria carentem pugnam, cum fædus contraherent, ipſam retinet & ſororem ſuam illi viciſſim elocat. *Nor* igitur in ſubactum prius regnum, qvod *Norveg* ſ. *Noris via* audit, revertitur & ad finem usqve vitæ regit, poſt eum filii, qvi terram diviſerunt, unde unicum regnum tot regna qvot reges numeravit; hinc reges provinciales.

Cap. 3.

Goer ſummus habebatur pirata (Sø=Konge), ejus filii *Heiti* & *Beiti* piratæ primarii homnesqve ferociſſimi; Regnis filiorum *Goris* magna intulere damna, variis vincentibus. *Beiter* in *Thrandiam* delatus, in loco qvi nunc *Beitisſtad* caſtra locat; navem inde trans *Fifvisvred*, ubi *Nomdaler* ſeptentrioni proximi, trahi curat, in puppe ſedens, gubernaculum tenet, totumqve a ſiniſtro navis latere territorium, multas provincias, ſui juris facit.

Heiter Goeris filius pater erat piratæ *Sneidis*, cujus filius *Halfdanus Gamli*, pater *Ivaris* Oplandiæ comitis, cui filius *Eyſteinn Glumra*, nepos comes *Rögnvalldus*, dives prudensqve.

Cap. 4.

Comes *Rögnvalldus Haralldo* pulchricomo addicitur, qvi ipſum *Meriæ* & *Romsdaliæ* præficit. Erat ei uxor *Ragnhillda*, *Hrolfi Næfiæ* filia, ſuſcepit ex eadem filium *Rolfum*, qvi Normandiam ſubegit, vir hic tantæ molis ut nullus eqvus ei ferendo par eſſet, *Gaungu Rolf* (pedes) exinde dictus; ejus poſteri Rude=Jarler & Angliæ reges; habebant etiam (*Rögnvalldus* & *Ragnhillda*) filios plures, *Ivarem* nempe & *Thorerem Thegiandi* (taciturnum v. mutum). *Rögnvalldi* autem filii noti fuere *Halldus*, *Rollaugus* & *Einar*,

natu

natu minimus. Rex *Haralldus* Pulchricomus æſtate qvadam in mare occidentale navigationis curſum direxit, piratas, hoſtilium qvippe eorum incurſionum in Norvegiam, (hyemali tempore in Hetlandia vel Orcadibus morabantur) pertæſus, puniturus dirigit; ſubigit ſimul *Hialtlandiam*, *Orcades* & *Hæbudes*; ad occidentales usqve *Meriæ* oras pergit, ſingulos vicos devaſtat pugnis variis & regiones longe adeo occidentem verſus ſitas, ut nemo exinde iis potitus ſit, ſuæ fecit poteſtatis. Inter memoratarum qvandam pugnam cæſus eſt *Ivar*, comitis *Rögnvalldi* filius; dedit igitur rex *Orcades* & *Hialtlandiam* comiti, qvi fratri *Sigurdo*, regis *Haralldi* proretæ, utramqve ceſſit ditionem. A. D.

Cata-

Catalogus
Comitum Orcadenſium
Ordine Chronologico.

Anno		Orcadum		noſtra Pag.
	Herraudus cadit	7		
	Angantyr	8	—	
	Cormacus	8 & 9	—	
617	*Godballdus*	9	—	
	Fridlefus Ragnaris Lodbrochis f.	9	—	
	Rögnvalldus Eyſteinis f.	10	—	3
	imperium in fratrem confert	11	557 —	3
	Sigurdus Eyſteinis f.	12	—	3
	Guttormus Sigurdi f.	12	—	3
	Halladus Rögnvalldi f.	17	—	
	Defenſionem inſularum negligit, comitatum reſignat & in Norvegiam redit No. 103 & 332.			
	Einar, Torf-Einar, Rögnvalldi f.	18	—	3
	Arnkell Einaris f. } cadunt cum *Erico Blodöx* No. 103	22	—	3
	Erlendus Einaris f. } Cap. 8.	22	—	3
	Thorfinnus Hauſakliuſur	24	—	3
	Arnfinnus Thorfinni f.	24	—	5
	Havardus Thorfinni	24	—	5
	Laudver ſ. *Ludovicus Thorfinni f.*	24	—	5
	Liotus Thorfinni f.	24	—	5
	Skulius Thorfinni filius	24	—	5
	Sigurdus Laudveris f. Craſſus	27	—	5
1013	cadit	44	—	
	Sumarlidius Sigurdi f	45	—	5

Einar

ORDINE CHRONOLOGICO.

Anno		Orcad. noſtra.		Pag.
	Einar Sigurdi f. Rangmudr . .	45	—	5
1020	ſive diſtorti oris, cadit . . .	48	—	15
1033	*Bruſius Sigurdi f.* obit . . .	-		48
1064	*Thorfinnus Sigurdi f.* natus 1008, decedit .	65	—	87
1046	*Rögnvalldus Bruſii* occiſus . . .	62	—	76
1099	{*Paulus Thorfinni f.* / *Erlendus Thorfinni f.*} obeunt . .	80	—	116
	Erlingus Erlendi f. cadit de caſu ejus duplex relatio	-	—	116
1110	*Hacon Pauli f.* moritur. . .	90	—	141
	Magnus Erlendi f. cæſus eſt . .	86	—	132 501 504
1135	*Haralldus Haconis f.* venenato induſio extingvitur	91	—	135
	Paulus Haconis imperio potitur . .	-	—	159
1157	Ejus fatum incertum . .	109	—	220
1158	*Erlendus Haralldi Svaviloqvi f.* cadit . .	137	—	361
1206	*Kolus Kalii* f. *Rögnvalldus*, non cadit 1159 .	142	—	389
	Haralldus Maddadi f. natus 1135 . .	152	—	419
	Haralldus Erici Slagbrellis f. ungi f. junior .	147	—	411
1231	*David Haralldi f.* moritur . .	154	—	420
1231	*Jon Haralldi f.* cæſus eſt			
1239	*Magnus* obit	163		
1256	*Gibbon* obit	165		
1267	*Magnus Gilberti f.* comitis officium gerit .	172		

NB. Ex Indice nominum *Jacobi Anderſoni.*

Primus in noſtrorum ſcriptis memoratus Cathaniæ (Cathneſs) Comes erat *Haralldus*, qvo ob rebellionem adverſus R. *Guilielmum* cæſo, collatus eſt ab *Alexandro II.* is honor in *Magnum Gillebridi* comitis *Anguſiæ* filium, cujus vel filius vel nepos erat (*) *Magnus*, hac charta nominatus, ejusqve ſobole deficiente eam dignitatem accepit.

Magnus

(*) *Vide* Magnum *infra poſt hunc ordine qvartum, Anno* 1320.

Anno		Orcad.	Pag.
1274	*Magnus Gibbonis f.* obit	—	172
1276	*Magnus Magni* filius comes creatur . .	—	
1284	obit	—	172
1300	*Jon Magni f.* comitatum gerit . . .	—	172
1320	*Magnus* comes Orcadiæ & Cathaniæ nominatur in litera Comitum, Baronum, libere tenentium & communitatis Scotiæ ad Papam Anno Dni 1320. Vid. *J. Anderſoni* Theſaurum Diplomatum & Numiſmatum Scotiæ. ed. Edinburgi 1739. Tab. LI.	—	
1343	*Argiſel* comes eſt	—	137
1357	*Eringilſus*	—	173
1369 1370	*Henricus de S. Claro.*	—	174
1375	*Alexander de Ard* comes	—	174
1406	*Henricus Sinclar*	—	178
1418	*Johannes Sinclar*	—	178
1423	*David Meiner* conſtituitur		178
1427	removetur ab officio		
1427	*Thomas de Tholac* epiſcopus comitatus præfecturam recipit	—	182
1434	*Gvilielmus de S. Claro* comes creatur . .	—	183
1463	*Robertus*	—	186

Index Nominum propriorum.

A.

Akursburgum urbs 310.
Aldeigoburgum urbs in Baſſia 47. 49.
Alſifa 47.
Amundus Hnefii filius. 375.
Andreas Sveinis filius 405.
Armodus poeta 267. 283.
Arnas Spítuleggur, ejus cædes 275.
Arnſinnus comitis Thorfinni filius 3. Ejus uxor Ragnhillda, regis Erici filia, ipſum occidit. No. 103. Cag. 8.
Arnkell comitis Torf-Einaris filius 3.
Arnor Jarlaſkálld 65.
Aslacus Erlendi f. 261.
Audun Raudi 303. ſeq. 307.
Aulver Roſta, 141. 147. 175. ſeq. Olaum Hrolfi comburit 187. fugatur 235.

B.

Biarnius Kolbeinis filius in Orcadibus Epiſcopus. 405. 407.
Bolgaraland v. Bolgardaland 318.
Bruſius Sigurdi filius, Orcadum comes, moritur 44.
Botolfus Begla 355.

D.

Dagus Eylífi filius 109.
Dalveriaætt 382.
David rex Scotiæ 153. Melkolfi filius 177. moritur 327.
David Haralldi f. 407. Orcadiæ comes 419. moritur 421.

Dromundr, *Dromedarius*, navis ingens 298.
Duſgall Sumarlidii filius, rex 383.
Dungadus Kataneſiæ comes 5.
Dungadus rex Scotiæ 91.
Dyraksborg 318.

E.

Einar Rögnvalldi filius comes 3.
Torf-Einar igitur cognominatus, qvod glebulas torrefactas (*Torf*) pro ignis alimento in inſulis adhibendas primus invenerit, altero oculo captus, ſtatura magnus perqvam, piratas Danos, Thorerem Tueſkegg & Kalfum Skurfam, qvi inſulas ſubegerant, occidit & Halfdanem Hálegg, cujus tergo transfoſſo, pulmones extrahit & ut victoriam obtineat Odino hoſtiæ loco offert. No. 103 & 332. Cap. 6. 7. 8.
Einar Sigurdi f. inſularum comes 5. Rangmudr nominatur 61.
Svaſu Ragnhilldæ Eirici filiæ Einarem Klummung occidit & ejusdem cura exinde interfectus eſt No. 103. Cap. 9.
Einar Thambaſkelfer Magnum Olai e Ruſſia reducit 47.
Einar Vorſakrakr 93.
Eyſteinn Glumra 3.
Eyſteinn Orrius cadit 95.
Eyſteinn Norvegiæ rex. 119. 259. 325. 333.
Eivindus Urarhorn occiditur 11.
Eivindus Olbogi 109.
Eivindus Melbrigdi f. 179. 187. 191.
Elliſif regina 95.
Emanuel rex Conſtantinopolitanus 319.
Endridius Iſaaci filius 93.
Endridius Ungi 259 ſeq. 287 cædes ejus 321.
Ericus Spaki, rex Daniæ 99.
Ericus Blodöx 3. 17.
Ericus Eymmunius rex. 99. 173.
Ericus Stræta 143.
Ericus Slagbeller. 143. 147. 349. 397.
Erlendus Thorfinni f. 87 comes 91 uxor Thora 93. mors 117
Erlendus Haralldi Slettmalii f. Svavilobvi f. 217. comes 327 cædes 361.
Erlingus Archidiaconus 93.
Erlingus, comitis Erlendi f. 93. cadit 117.
Erlingus Skacki 277. ſeq. 285. 301 ſq. 321.
Ermengerda, regina Verboni, 278. ſqq.

F.

F.

Finnus Arnæ f. 59.
Frakarka Maddadi filia. 139 ſeq. 175. ſeq. ædibus incluſa comburitur 235.

G.

Gaddgeglar, confinium Scotiæ & Angliæ 55.
Gaiciuland 284. 294.
Gardariki, Ruſſia 45.
Gilla-Kriſtus 151
Gilla-Odran 383.
Guttormus Sigurdi f. comes 3.

H.

Haco Ivaris f. comes 93. 96. 99.
Haco Pauli f. 93. comes 119. mors. 141. 413.
